sectatores qd his exprobrat vbis
apostolus. Hoc autem dico vnus
quisq; vestrum dicit Ego quidem
sum pauli. ego autem appollo. ego
vo cephe. ego autem xp̄i. Et ob hoc
quidem hoꝝ se dicit facē nominū me
tionem ut multomagis erubescant id
se facē sub falsoꝝ apostoloꝝ nominibus
qd etiam si sub pauli et petri fieret
nomine displiceret. Secunda causa
eius indicatur qui paterne oblitus
reuerentie vxorem sibi non erubuit
facē de nouerca. Qd facimus licet for
nicationem appellauerit apostolus ta
men ita condemnauit. ut in ultionē
facti autorem talis operis diabolo
iudicauerit deputandum. imposita

iudicioꝝ et litium tertia questione
Quarto loco matrimonioꝝ iura
tractantur his Quinto loco virgini-
tatis consilium veluti e vicino coniūgi-
tur Sexto loco de esicariū licentia dis-
putatur Septimo atq; octauo loco
de attondendo viris. et mulieribus
velando capite. ac sacramentoꝝ com-
muniōne precipitur Nono loco emu-
lacio que diuersitate donoꝝ spūaliū
nascebatur sub exemplo membroꝝ
et corporis castigatur Decimo resur-
rectionis spes multis et argumentis
et rationibus approbatur Vltimo
de colligendis ad necessitatem sanctoꝝ
nomine caritatis cura vel edificatio
cultui imponitur Interseruntur his
pauca que aut (vt quibusdam videtur)
pendent ex superioribus. aut hūt licz
proprias tamen paruulas actiones
Explicit plogus Incipit argu
Corinthij sunt achaici et | mētū

hi similiter ab apostolo audierunt ver-
bum veritatis et subuersi sunt multi-
pharie a falsis apostolis. Quidam
a philosophie verbosa eloquentia. alii a secta
legis iudaice inducti sunt. Hos re-
uocat apostolus ad veram fidem et
euangelicam sapientiam scribens eis
ab epheso per thimotheum discipulum
suum. Explicit argumentum. Incipit
epistola pauli ad chorinthios Prima

Paulus vocatus apos-
tolus Jhesu xpi per vo-
luntatem dei. et sos-
thenes frater ecclesie
dei que est corinthi.
Sanctificatis in xpo Jhesu vocatis sanc-
tis cum omnibus qui inuocant no-
men domini nostri Jhesu xpi in omni loco
ipsorum et nostro. Gratia vobis et pax
a deo patre nostro et domino Jhesu xpo. Gratias
ago deo meo semper pro vobis in gratia
dei que data est vobis in xpo Jhesu. quia

in omnibus diuites facti estis in illo
in omni v̄bo et in omni sciā sicut testi-
monium x̄ confirmatum ē in vobis.
ita ut nihil vobis desit in ulla grā. ex-
pectantibus reuelationem domini
nr̄i Jhū x̄ qui et confirmabit vos
usq3 in finem sine crimine. in die ad
uentus domini nr̄i Jhū x̄ Fidelis deus
p quem vocati estis in societatem filii
eius Jhū x̄ domini nr̄i Obsecro autē
vos fratres p nomen domini nr̄i Jhū
x̄. vt idipm̄ dicatis omnes. et non sint
in vobis scismata Sitis autem pfecti
in eod sensu et in ead sciā Significatū
ē em̄ m̄ de vobis fratres mei ab his qui
sunt cloes. quia contentiones sunt int
vos. Hoc autem dico qd unusquisq3
vestrum dicit Ego quidem sum pauli
ego autem appollo. ego vero cephe. ego
autem x̄ Diuisus ē xp̄us Numquid
paulus crucifixus ē pro nobis. aut in
nomine pauli baptizati estis: Gratias

ago deo meo q neminem veſtrū baptiza-
ui niſi criſpū et caiū. ne quis dicat q in
nomine meo baptizati eſtis. Baptizaui
autem et ſtephane domum. ceterum neſ-
cio ſi quem alium vim baptizauerim
Non enī miſit me xpūs baptizare ſ:
euangelizare. non in ſapientia vbi ut
non euacuetur crux x̄. Verbum enī cru-
cis pereuntibus quidem ſtulticia ē. his
autem qui ſalui fiunt. i. nobis dei vir-
tus ē. Scriptum ē enī. Sapientiam
ſapientiū perdam. et prudentiam
prudentium reprobabo. Vbi ſapiēs
vbi ſcriba. vbi inquiſitor huius ſeculi
Nonne ſtultam fecit deus ſapientiā
huius mundi. Nam quia in dei ſapi-
entia non cognouit mundus p ſa-
pientiā deum. placuit deo p ſtultici-
am predicationis ſaluos facere cre-
dentes. Quoniam et iudei ſigna
petunt et greci ſapientiam querūt.
nos autem predicamus criſtum

crucifixū. iudeis quidem scandalum.
gentibus autem stultitiam. ipsis autē
vocatis iudeis atq; grecis xpm̄ dei vir
tutem et dei sapientiam. quia quod
stultū ē dei. sapientius ē hominibus
Videte eñ vocationē vestrā fratres
q: non multi sapientes secundum
carnem non multi potentes. non
multi nobiles. s; que stulta sunt mū
di elegit deus. vt confundat sapientes
et infirma mundi elegit deus. vt cō
fundat fortia. et ignobilia mundi et
cōtētibilia elegit deus. et ea quē non
sunt vt ea que sunt destrueret. vt non
glorietur omnis caro in conspectu eius
Ex ipso autem vos estis in xp̄o Ihū q̄ fac
tus ē nobis sapientia et iustitia et sanc
tificatio et redemptio vt quemadmodū
scriptum ē. qui gloriatur in domino
glorietur Capitulum. ij. :
Et ego cum venissem ad vos fratres
veni non in sublimitate sermonis aut

ſapientie annuncians vobis teſtimoniū
x̄. Non enim iudicaui me ſcire aliquid īt
vos niſi ihm̄ xp̄m̄ et hunc crucifixū Et
ego ī īfirmitate et timore et tremore mul
to fui apud vos. et ſermo meus et predi
catio mea. non in pſuaſibilibus huma
ne ſapientie v̄bis ꝫ in oſtenſione ſpūs
et virtutis. vt fides veſtra non ſit in
ſapientia hominū ꝫ in virtute dei. Sa
pientiam autem loquimur inter pfectos
Sapientiam vero non huius ſeculi
neqꝫ principū huius ſeculi qui deſtru
untur. ꝫ loquimur dei ſapientiam in
miſterio que abſcondita ē quam pre
deſtinauit deus ante ſecula in gloriā
noſtram quam nemo principū hui9
ſeculi cognouit. Si enī cognouiſſent
nūqꝫ dominū glorie crucifixiſſꝫ. Sicut
ſcriptum ē quod oculus non vidit nec au
ris audiuit, nec in cor hominis aſcendit q̄
preparauit deus his qui diligunt illum
Nobis autem reuelauit deus p ſpm̄ ſuū

Spūs em̄ oīa scrutatur etiā profunda
dei Quis em̄ scit hominū que sunt ho
minis nisi spūs hominis qui in ipō est
Ita et que dei sunt nemo cognouit nisi
spūs dei Nos autem nō spm̄ huius
mundi accepimus ſ; spm̄ qui ex deo ē
vt sciamus que a deo donata sunt
nobis que et loquimᷣ non in doctis hu-
mane sapientie vᵇbis ſ; in doctrina spūs
spūalibus spūalia comparantes Ani
malis autem homo non percipit ea
que sunt spūs dei Stultitia em̄ ē
illi et non potest intelligeᷣ q; spūaliᵗ
examinatᷣ spūalis autem iudicat oīa
et ipē a nemine iudicatur sicut scri-
ptum ē Quis em̄ cognouit sensū
domini . aut quis instruxit eū Nos
autem sensum xpī habemus

Capitulum : iij.

Et ego frēs non potui vobis loq̄
quasi spūalibus . ſ; quasi carnalibus
Tanq̄; paruulis in xpō lac vobis potū

35

dedi non eſcam Nondum em̄ poteratis
ſ; nec nunc quidem poteſtis Adhuc
em̄ carnales eſtis Cum em̄ ſit int'
vos zelus et contentio nonne carnales
eſtis et ſecundū hominē ambulatis
Cum em̄ quis dicat. ego quidem ſum
pauli. alius autem ego appollo nōne
homines eſtis Quid igitur ē appollo
quid vō paulus. miniſtri eius cui
credidiſtis et vnicuiq; ſicut dn̄s dedit
Ego plantaui. appollo rigauit. ſ;
deus incrementū dedit Itaq;
neq; qui plantat ē aliquid. neq; q̇
rigat ſ; qui incrementū dat deus
Qui autem plantat et qui rigat
vnū ſunt Vniuſquiſq; aūt propriā
mercedem accipiet ſcd'm ſuū laborē
Dei em̄ ſumus adiutores. dei agri-
cultura eſtis. dei edificatio eſtis Se-
cundū gratiam que data ē michi vt
ſapiens architectus fundamentū
poſui. alius autē ſuperedificat Vnuſ-

quiſq; autem videat quomodo ſup-
edificet Fundamentum em̄ aliud
nemo poteſt pone' pret' id quod poſi-
tum ē. qđ ē xp̄us ihūs. Si quis autē
ſupedificat ſup̄ fundamentū hoc
aurū argentum lapides p̄ciosos
ligna fenū ſtipulam. vniuſcuiuſq; op⁹
manifeſtum erit Dies em̄ domini
declarabit quia in igne reuelabit̄ et
vniuſcuiuſq; opus quale ſit ignis pro-
babit. Si cuius opus manſerit. qđ ſu-
pedificauit mercedem accipiet. Si
cuius opus arſerit detrimentum
patietur. ipſe autem ſaluus erit. ſic
tamen quaſi p̄ ignem Neſcitis q̄
templum dei eſtis. et ſpūs dei habitat
in vobis. Si quis autem templū dei
violauerit. diſperdet illum deus
Templum em̄ dei ſanctum ē. quod
eſtis vos. Nemo vos ſeducat. Si q̄s
videtur int' vos ſapiens eē in hoc
ſeculo. ſtultus fiat vt ſit ſapiens Sa-

pientia em̄ huius mundi ſtulticia ē
apud deū. Scriptum ē em̄ Comprehē
dam ſapientes in aſtucia eoꝝ Et iterū
Dominus nouit cogitaciones ſapien
tium qm̄ vane ſunt Nemo itaqꝫ glori
etur in hominibus Omnia em̄ vr̄a
ſunt ſiue paulus ſiue appollo ſiue ce
phas ſiue mundus ſiue vita ſiue mors
ſiue preſentia. ſiue futura Omnia
em̄ vr̄a ſunt. vos autem x̄. xp̄us autē
dei. Capitulū. iiij.

Sic nos exiſtimet homo vt mi
niſtros x̄. et diſpenſatores miniſteri
oꝝ dei Hic iam queritur inter diſ
penſatores vt fidelis quis inueniat
Michi autem pro minimo ē vt a vo
bis iudicer aut ab humano die Sz
neqꝫ meipm̄ iudico Nichil em̄ m̄ con
ſcius ſum ſꝫ non in hoc iuſtificatus
ſum Qui autem iudicat me. dn̄s eſt
Itaqꝫ nolite ante tempus iudicare quo
aduſqꝫ veniat dominus qui et illu

minabit abscondita tenebrarum et mani-
festabit consilia cordium. et tunc laus
erit unicuique a deo Hec autem fratres
transfiguravi in me. et appollo propter
vos. ut in vobis discatis. ne supra quam
scriptum est unus adversus alterum
infletur pro alio Quis enim te discernit?
Quid autem habes quod non accepisti?
Si autem accepisti. quid gloriaris quasi
non acceperis? Iam saturati estis. iam
divites facti estis Sine nobis regna-
tis Et utinam regnetis ut et nos vo-
biscum regnemus Puto enim quod deus
nos apostolos novissimos ostendit
tanquam morti destinatos quia spectacu-
lum facti sumus mundo et angelis et
hominibus Nos stulti propter christum. vos
autem prudentes in christo Nos autem
infirmi. vos autem fortes Vos nobiles.
nos autem ignobiles Usque in hanc
horam et esurimus et sitimus et nudi
sumus. et colaphis cedimur et instabiles

ſumus. et laboramus operantes
manibus noſtris Maledicimur et bñ
dicimus Perſecutionem patimur et ſuſtine
mus Blaſphemamur et obſecramus
Tanq̃ purgamenta huius mundi
facti ſumus omniũ peripſima uſq̃ ad
huc. Non ut confundam vos hec ſcri
bo. ſ; ut filios meos chariſſimos mo
neo Nam ſi decem milia pedagogoꝝ
habeatis in x̄ ſ; non multos patres
Nam in x̄ Jhũ p euangelium ego
vos genui Rogo ergo vos imitatores
mei eſtote ſicut et ego x̄ Ideo miſi
ad vos thimotheum qui ẽ filius meꝰ
cariſſimus et fidelis in dño. qui vos
commonefaciat vias meas que ſũt
in x̄ Jhũ ſicut vbiq̃ in omni eccleſia
doceo Tanq̃ non uenturus ſim ad
vos. ſicut inflati ſunt quidam. Ve
niam autem ad vos cito ſi dñs vo
luerit et cognoſcam nõ ſermonem
eoꝝ qui inflati ſunt ſ; virtutem Nõ

eīn in ſermone ē regnum dei ſʒ in virtute
Quid vultis. in virga veniam ad vos
an in caritate et ſpū manſuetudinis
Omnino auditur inter vos . v.
fornicatio. et talis fornicatio qualis nec int
gentes ita ut uxorem patris ſui aliquis
habeat Et vos inflati eſtis ut tollatur
de medio veſtrum qui hoc opus fecit
Ego quidem abſens corpore preſens autē
ſpiritu. iam iudicaui ut preſens eū q
ſic opatus ē in nomine domini nrī Jhū
x̄. congregatis vobis et meo ſpū cū virtu
te domini Jhū tradē hmōi hominē ſa
thane in interitum carnis ut ſpūs ſal
uus ſit in die domini nrī Jhū x̄. Non
ē bona gloriatio veſtra. Ne ſcitis quia
modicum fermentum totam maſſam
corrumpit. Expurgate vetus fermētū
ut ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azy
mi Etenim paſcha noſtrum īmolatus
ē xpūs Itaqʒ epulemur non in fermēto
veteri. neqʒ in fermento malicie. et neqcie

^ et non magis luctū habuiſtis

ſ maximis ſinceritatis et veritatis. Scri
pſi vobis in epiſtola. ne cõmiſceamini for
nicarijs. Non utiqz fornicarijs huius mũ
di. aut avaris. aut rapacibus. aut idolis
ſervientibus alioquin debueratis de hoc
mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vo
bis non commiſceri. Si is qui frater no
minatur inter vos ē fornicator. aut ava
rus. aut idolis ſerviens. aut maledicus.
aut ebrioſus. aut rapax. cum hmõi nec
cibum ſumẽ. Quid eñ m̃ de his qui foris
ſunt iudicare. Nonne de his qui intus ſũt
vos iudicatis. Nam eos qui foris ſunt
deus iudicabit. Auferte malum ex vo
biſipſis Capitulum. vj.

Audet aliquis veſtrum habens nego
cũ adverſus alterum iudicari apud
iniquos et non apud ſanctos. An neſci
tis qm̃ ſancti de hoc mundo iudicabũt
et ſi in vobis iudicabitur mundus. in
digni eſtis qui de minimis iudicetis
Neſcitis qm̃ angelos iudicabimus

quantomagis ſecularia. Secularia igitur
iudicia ſi habueritis. contemptibiles qui ſunt
in eccleſia illos conſtituite ad iudicandum
Ad uerecundiam veſtram dico. Sic non eſt
inter vos ſapiens quiſquam qui poſſit iu
dicare inter fratrem ſuum. ſed frater cum fra
tre iudicio contendit. et hoc apud infideles
Iam quidem omnino delictum eſt in vobis
quod iudicia habetis inter vos Quare non
magis iniuriam accipitis. Quare non
magis fraudem patimini. Sed vos iniu
riam facitis et fraudatis. et hoc fratribus
An neſcitis quia iniqui regnum dei non poſ
ſidebunt. Nolite errare. neque fornicarii
neque idolis ſeruientes neque adulteri. neque
molles. neque maſculorum concubitores. neque
fures. neque auari. neque ebrioſi. neque ma
ledici. neque rapaces regnum dei poſſide
bunt Et hec aliquando quidem fuiſtis
ſed abluti eſtis. ſed ſanctificati eſtis. ſed iuſti
ficati eſtis in nomine domini noſtri Ihesu christi
in ſpiritu dei noſtri Omnia michi licent. ſed non omnia

oīa expediunt. Omnia m̄ licent. ſ;
ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca
ventri. et venter eſcis. deus autem et
hunc et hanc deſtruet. Corpus autem
non fornicationi. ſ; dn̄o. et dn̄s corpori.
Deus vero et dn̄m ſuſcitauit. et nos
ſuſcitabit p virtutem ſuam. Neſcitis
q̄m corpora veſtra membra ſunt x̄ᵉ.
Tollens ergo membra x̄ faciam men
bra meretricis. Abſit. An neſcitis quo
niam qui adheret meretrici vnum
corpus efficitur. Erunt em̄ inquit
duo in carne vna. Qui autem adhe
ret dn̄o vnus ſpūs ē. Fugite fornicatiōe;
Omne em̄ peccatum quodcumq; fecerit
homo. extra corpus ē. qui autem forni
catur in corpus ſuū peccat. An neſci
tis quoniam membra vr̄a templū
ſunt ſpūs ſancti qui in vobis eſt quē
habetis a deo . et non eſtis vr̄i. Emp
ti em̄ eſtis precio magno. glorificate
et portate deum in corpore veſtro. vij.

et vnaquequ suum virum habeat.

De quibus autē scripsistis m bonū ē homini mulierem non tangere Ppt' fornicationem autem vnusquisqꝫ su am vxorem habeat Vxori vir debi tum reddat similit' autem et vxor viro Mulier sui corporis potestatem non habet. ſꝫ vir. Similit' autem et vir sui corporis potestātem non habet ſꝫ mulier Nolite fraudare inuicem. nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis orōni. et iterū reuertimini ī idipm̄ ne temptat vos sathanas ppt' īcontinentiam vestram Hoc autem dico secundum imperium
; indulgentiam et nō ſcd'ꝫ
Volo autem omnes vos homines eē sicut me ipm̄ Sꝫ vnusquisqꝫ pro prium donū habet ex deo. alius qui dem sic. alius vero sic Dico autem non nuptis et viduis. bonum est illis si sic pmanserint sicut et ego Quia si non se continet nubant Melius ē em̄ nubere q̄ vri His

autem qui matrimonio iuncti ſunt
precipio non ego ſed dominus. vxorem
a viro non diſcedere. Quod ſi diſceſſerit.
manere innuptam. aut viro ſuo recon-
ciliari Et vir vxorem non dimittat
Nam ceteris dico ego non dominus. Si quis
frater vxorem habet infidelem et hec
conſentit habitare cum illo non dimit
tat illam Et ſi qua mulier fidelis
habet virum infidelem. et hic conſen
tit [habitare] cum illa non dimittat virum. Sanc
tificatus eſt enim infidelis vir per mulie
rem fidelem. et ſanctificata eſt mulier
infidelis per virum fidelem Alioquin
filii veſtri immundi eſſent. nunc autem
ſancti ſunt Quod ſi infidelis diſcedit.
diſcedat. Non enim ſeruituti ſubiectus
eſt frater uel ſoror in eiuſmodi In
pace autem vocauit vos deus. Unde
enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies.
Aut unde ſcis vir ſi mulierem ſaluam
facies. Niſi vnicuique ſicut diuiſit

dn̄s Vnicuique sicut vocauit deus.
ita ambulet. et ſicut in omnibus eccleſijs
doceo Circumciſus aliquis vocatus ē nō
adducat preputium In preputio aliquis
vocatus ē. non circumcidatur Circumciſio
nichil ē et p̄puciū nichil ē. ſʒ obſeruatio
mandatorum dei Vnuſquiſqʒ in qua vo-
catione vocatus ē. in ea pmaneat Ser
uus vocatus es non ſit tibi cure. Sʒ et ſi
potes fieri liber magis vtere Qui em̄
in domino vocatus ē ſeruus libertus
ē domini Similiter qui liber vocatus eſt
ſeruus ē xp̄i. Precio empti eſtis. nolite
fieri ſerui hominum Vnuſquiſqʒ ergo
in quo vocatus ē fratres in hoc pmaneat
apud deū De virginibus autem pre
ceptum domini non habeo conſilium
autem do tanquam miam conſecutus a deo
vt ſim fidelis. Exiſtimo em̄ hoc bonū
ēē propter inſtantem neceſſitatem.
quoniam bonū ē homī ſic ēē Alligatus
es vxori noli querere ſolutionē Solutus

es ab vxore. noli querere vxorem. Si
autem acceperis vxorē non peccasti. et si
nupserit virgo non peccauit. Tribula
tionem tn̄ carnis hēbunt hmōi. Ego
autem vobis parco. Hoc itaqȝ dico
frēs. Tempus breue ē. Reliquum est.
vt et qui flent tanq̄ non flentes. et q̄
gaudent tanq̄ non gaudentes. et q̄
emūt tanq̄ non possidentes. et q̄ vtūtr
hoc mundo. tanq̄ non vtantur. Pre
terit em̄ figura huius mundi. Volo
autem vos sine sollicitudine ec̄.
Qui sine vxore ē sollicitus ē q̄ dn̄i
sunt quomodo placeat deo. Qui au
tem cum vxore ē sollicitus ē que sūt
mundi quomodo placeat vxori. et
diuisus ē. Et mulier innupta et
virgo cogitat que domini sunt. vt
sit sancta corpore et spū. Que autē
nupta ē cogitat que sunt mundi quo
modo placeat viro. Porro hoc ad
vtilitatem vestram dico. nō vt laq̄ū

q̄ hn̄t vxores. tanq̄ nō hn̄tes sint. et

vobis iniciam ſed ad id qd honeſtum ē. et
qd facultatem prebat ſine impedime
to dnm obſecrandi Si quis autem
turpem ſe videri exiſtimat ſup virgine
ſua qp ſit ſupadulta. et ita oportet
fieri quod vult faciat Non peccat ſi
nubat Nam qui ſtatuit in corde ſuo
firmus non habens neceſſitatem. po
teſtatem autem habens ſue voluntatis
et hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare
virginem ſuam. bene facit et qui non
iungit melius facit Mulier alligata
ē legi. quanto tempore vir eius viuit
Qz ſi dormierit vir eius liberata eſt
a lege Cui autem vult nubat. tm in
domino Beatior autem erit ſi ſic pmā
ſerit ſecundum meum conſiliū Puto
autem qp et ego ſpm dei habeam. viij.
De his autem que idolis ſacrificant
ſcimus. quia omnes ſcientiam habe
mus Sciencia inflat Caritas vero
edificat Si quis autem ſe exiſtimat

Igit[2] et q matrimonio iungit virgine ſuā. bn facit

ſcire aliquid nondum cognouit quem
admodum oporteat eum ſcire. Si quis
autem diligit deum. hic cognitus ē ab
eo. De eſcas autem que idolis immolā
tur ſcimus. quia nichil ē idolum in
mundo et ꝙ nullus deus niſi vnus.
Nam et ſi ſunt qui dicātur dij. ſiue in
celo ſiue in terra. ſiquidem ſunt dij mul
ti et domini multi. nobis tamen vnꝰ
ē deus pater ex quo omnia et nos in
illo. et vnus dominus Jhūs xpūs p
quem omnia. et nos p ipm̄. Sꝫ non
in omnibus ē ſciencia. Quidam autē
cū conſciencia uſqꝫ nunc idoli. quaſi
idolothitum manducant. et conſciencia
ipoꝝ cum ſit infirma polluitur. Eſca
autem nos commendat deo. Neqꝫ enī
ſi manducauerimus. deficiemus. Vide
te autem ne forte hec licencia vrā of
fendiculū fiat infirmis. Si quis enī
viderit eū qui habet ſcienciam in ido
lo recumbente. nonne conſciencia eius

ſit infirma edificabitur ad manducan
dum idolothyta Et peribit infirmus
in tua conſciencia frat' ppt' quem xpūs
mortuus ē. Sic autem peccantes in
fratres et percucientes conſcienciam eoꝝ
infirmam in xᵒ peccatis. Quapꝑt' ſi
eſca ſcandalizat fratrem meū. non
manducabo carnem ineternū ne fra
trem meum ſcandalizem. ·ix· capit'
Non ſum liber? non ſum apoſtolus?
nonne xpm̄ Jhm̄ dominū nrm̄ vidi.
nonne opus meū vos eſtis in domino?
Et ſi aliis non ſum apoſtolus. ſꝫ tn̄ vo
bis ſum Nam ſignaculū apoſtolatus
mei vos eſtis in domino Mea defenſio
apud eos qui me interrogant. hec eſt
Nunquid non habemus poteſtatem
manducandi et bibendi Nunquid nō
habemus poteſtatem ſororem mulier
culam circumducendi. ſicut et ceteri
apoſtoli et fratres domini et cephas
Aut ſolus ego et barnabas non habe

nuis potestatem hoc operandi Quis
militat suis stipendiis umquam Quis
plantat vineam et de fructu eius non
edit Quis pascit gregem. et de lacte
gregis non manducat Numquid secun
dum hominem hec dico An et lex hec
non dicit Scriptum est enim in lege moysi
Non alligabis os bovi trituranti Nu
quid de bobus cura est deo An propter nos
utique hoc dicit. nam propter nos utique scrip
ta sunt. quoniam debet in spe qui arat
arare. et qui triturat in spe fructus per
cipiendi Si nos vobis spiritualia semina
vimus magnum est si nos carnalia vestra
metamus Si alii potestatis vestre partici
pes sunt. quare non potius nos Sed non
usi sumus hac potestate Sed omnia
sustinemus. ne quod offendiculum de
mus evangelio christi Nescitis quoniam
qui in sacrario deserviunt operantur.
que de sacrario sunt edunt Et qui al
tario deserviunt cum altario participant

Ita et dominus ordinauit his qui euange-
lium annunciant de euangelio viuere. Ego
autem nullo horum vsus sum non autem
scripsi hec ut ita fiant in me Bonum est enim
michi magis mori . quam ut gloriam meam quis
euacuet . nam et si euangelizauero . non
est michi gloria . Necessitas enim michi incumbit
Ve enim michi est si non euangelizauero . Si
enim volens hoc ago mercedem habeo . si
autem inuitus . dispensatio michi credita est . que
est ergo merces mea Ut euangelium predi-
cans sine sumptu ponam euangelium
ut non abutar potestate mea in euan-
gelio . nam cum liber essem ex omnibus
omnium me seruum feci ut plures lucri
facerem Et factus sum iudeis tamquam
iudeus ut iudeos lucrarer His qui
sub lege sunt . quasi sub lege essem cum
ipse non essem sub lege . ut eos qui sub
lege erant lucri facerem His qui sine
lege erant tamquam sine lege essem . cum
sine lege dei non essem . sed in lege esse-

x̄ ut lucri facerē ī eos qui ſine lege erāt
Factus ſum infirmis infirmus. ut in
firmos lucrifacerem Omnibus oīa
factus ſum ut omnes facerem ſaluos
Omnia autem facio ꝑpt̄ euangeliū
ut particeps eius efficiar Neſcitis
ꝙ hi qui in ſtadio currunt. omnes
quidem currunt ſʒ unus accipit bra
uium Sic currite ut comprehendatis
Omnis em̄ qui in agone contendit
ab omnibus ſe abſtinet. et illi quidē
ut corruptibilem coronam accipiāt
nos autem incorruptam Ego igit̄
ſic curro non quaſi incertū ſic pug
no non quaſi aerem verberans Sʒ
caſtigo corpus meū et in ſeruitutem
redigo. ne forte cum alijs predicauerim
ipſe reprobus efficiar Capitulū. x.
Nolo em̄ vos ignorare fratres quo
niam patres noſtri omnes ſub nube
fuerunt et omnes mare tranſierunt et
omnes in moyſe baptizati ſunt in

nube et in mari Et omnes eandem eſcā
ſpiritalem manducauerunt. et omīs eū-
dem potum ſpiritalem biberunt. Bibe
bant autem de ſpiritali conſequente
eos petra. petra autem xp̄us. Sȝ non
in pluribus eoꝝ beneplacitum ē deo Nā
proſtrati ſunt in deſerto Hec autem in
figura facta ſunt noſtri ut non ſimus
concupiſcentes maloꝝ ſicut et illi concu
pierunt Neqȝ idolatre efficiamini ſicut
quidam ex ipīs. quemadmodū ſcriptū
ē Sedit populus manducare et bibe͛
et ſurrexerunt lude͛ Neqȝ fornicemur
ſicut quidam ex ipīs fornicati ſunt. et ce-
ciderunt vna die viginti tria milia.
Neqȝ temptemus xp̄m ſicut quidam eoꝝ
temptauerunt et a ſerpentibus perierūt
Neqȝ murmurauerītis ſicut quidam eoꝝ
murmurauerunt et perierūt ab exter
minatore Hec autem omnia in figura
~~ra~~ contingebant illis. ſcripta ſunt autē
ad correptionem noſtram in quos fines

seculorum devenerunt. Itaque qui se existimat
stare. videat ne cadat. Temptatio vos
non apprehendat nisi humana. Fidelis
autem deus est qui non patietur vos tem-
tari super id quod potestis. sed faciet etiam
cum temptatione proventum ut possitis
sustinere. Propter quod carissimi mihi fugite
ab idolorum cultura. Ut prudentibus lo-
quor vos ipsi iudicate quod dico. Calix be-
nedictionis cui benedicimus. nonne co-
mmunicatio sanguinis Christi est. Et panis
quem frangimus nonne participatio
corporis domini est. Quoniam unus
panis et unum corpus multi sumus omnes
qui de uno pane et de uno calice parti-
cipamus. Videte israel secundum carnem.
Nonne qui edunt hostias participes
sunt altaris. Quid ergo. Dico quod idolis
immolatum sit aliquid aut quod idolum
sit aliquid. Sed que immolant gentes
demoniis immolant. et non deo. No-
lo autem vos socios fieri demoniorum

Non poteſtis calicem domini bibe'. et ca
licem demonioꝝ non poteſtis menſe dn̄i
participes eē. et menſe demonioꝝ An
emulam' dominū Numquid fortiores
illo ſumus Omnia m̄ licent ſ; non oīa
expediunt Omnia m̄ lic; ſ; non omnia
edificant Nemo quod ſuū ē querat ſ;
qd' alterius Omne quod in macello ve
nit manducate nihil interrogantes
ꝓpt' conſcientiam Domini ē terra et
plenitudo eius Si quis vocat vos infi
delium ad cenam et vultis ire. omne quod
vobis apponit' manducate nichil inter
rogantes propt' conſcientiam Si quis
autem dixerit hoc immolatū ē idolis.
nolite manducare ꝓpt' illū qui indi
cauit. et ꝓpt' conſcientiam. Conſcienti
am autem dico non tuam ſ; alterius
Ut quid enī libertas mea iudicatur
ab aliena conſciencia. Si ergo cū grā
participo quid blaſphemor pro eo quod
gratias ago. Siue ergo manducatis

ſiue bibitis uel aliud quid facitis. oīa in
gloriam dei facite Sine offenſione eſtote
iudeis et gentibus et eccleſie dei. ſicut et
ego per omnia omnibus placeo non q̄
rens quod m̄ utile ē ſ; q̄d multis ut ſal
ui fiant Capitulū. xi.

Imitatores mei eſtote. ſicut et ego xp̄i
Laudo autem vos frēs q̄ p omnia mei
memores eſtis et ſicut tradidi vobis
precepta mea tenetis Uolo autem vos
ſcire q̄ omnis viri caput xp̄us ē. caput
autem mulieris vir. caput vō xp̄i d̄s.
Omnis vir orans aut ꝓphetans vela
to capite deturpat caput ſuum Oīs
autem mulier orans aut ꝓphetans
non uelato capite. deturpat caput ſu
um Unū ē eīn ac ſi decalluetur. Nam
et ſi non velatur mulier, tondeatur.
Si vero turpe ē mulieri tonderi aut
decaluari. velet caput ſuum. Uir q̄
quidem non debet velare caput ſuum.
qm̄ imago et gloria dei ē mulier autē

gloria viri est. Non enim vir ex muliere est
sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir
propter mulierem. sed mulier propter virum.
Ideo debet mulier velamen habere super
caput suum. et propter angelos. Verumta-
men neque vir sine muliere neque mulier
sine viro in domino. Nam sicut mulier
de viro. ita et vir per mulierem. Omnia au-
tem ex deo. vos ipsi iudicate. decet muli-
erem non velatam orare deum. Nec ipsa
natura docet vos. Quod vir quidem si co-
mam nutriat ignominia est illi. mu-
lier vero si comam nutriat gloria est illi.
quoniam capilli pro velamine dati
sunt ei. Si quis autem videtur conten-
tiosus esse nos talem consuetudinem
non habemus. neque ecclesia dei. Hoc
autem precipio non laudans quod non
in melius. sed in deterius convenitis. Pri-
mum quidem convenientibus vobis
in ecclesiam audio scissuras esse inter
vos et ex parte credo. Nam oportet et

hereses esse ut et qui probati sunt mani
festi fiant in vobis Convenientibus
ergo vobis in unum iam non dominni
cam cenam manducare Unusquisque
enim suam cenam presumit ad mandu
candum Et alius quidem esurit. alius
autem ebrius est Numquid domos non
non habetis ad manducandum et bi
bendum Aut ecclesiam dei contemnitis
et confunditis eos qui non habent
Quid dicam vobis Laudo vos. in
hoc non laudo Ego enim accepi a do
mino quod et tradidi vobis quoni
am dominus Ihesus in qua nocte
tradebatur accepit panem et graci
as agens fregit et dixit Accipite
et manducate Hoc est corpus meum
quod pro vobis tradetur Hoc faci
te in meam commemorationem Si
militer et calicem postquam cenavit
dicens Hic calix novum testamentum
est in meo sanguine Hoc facite quo

tienſcunqȝ bibetis in meã commemo
racionem Quocienſcunqȝ eñi mandu
cabitis panem hunc et calicem bibetis
mortem domini annũciabitis donec
veniat Itaqȝ quicunqȝ manducaue
rit panem et biberit calicem domini
indigne reus erit corporis et ſangui
nis domini Probet autem ſeipm̃
homo. et ſic de pane illo edat et de ca
lice bibat Qui eñi manducat et bi
bit indigne iudiciũ ſibi mandu
cat et bibit. non diiudicans cor
pus dñi Ideo inter vos multi infir
mi et imbecilles et dormiunt multi
Qȝ ſi noſmetipõs diiudicaremus
nõ vtiqȝ diiudicaremur Dũ iudi
camur autem a domino corripimur
vt non cũ hoc mundo dampnemur
Itaqȝ frẽs mei cum conuenitis ad
manducandum inuicem expectate
Si quis eſurit domi manducet vt
non in iudicium conueniatis Ceterm

autem cum venero disponam . xij.

De spiritualibus autem nolo vos
ignorare fratres Scitis autem quoniam cum gen
tes essetis ad simulachra muta pro
ut ducebamini euntes Ideo notum vo
bis facio . quod nemo in spiritu dei loquens
dicit anathema Ihesu Et nemo potest
dicere dominus Ihesus nisi in spiritu sanc
to Divisiones vero graciarum sunt idem
autem spiritus Et divisiones ministra
~~mini~~ cionum sunt idem autem dominus
Et divisiones operacionum sunt
idem vero deus qui operatur omnia
in omnibus Unicuique autem datur
manifestacio spiritus ad utilitatem Alij
quidem per spiritum datur sermo sapientie
Alij autem sermo sciencie secundum eundem
spiritum Alteri fides in eodem spiritu Alij
gracia sanitatum in uno spiritu Alij
operacio virtutum Alij prophetia . Alij
discrecio spirituum . Alij genera lingua
rum Alij interpretacio sermonum Hec

autem omnia operatur unus atque idem
spūs diuidens singulis prout vult. Sicut
eñ corpus unū ē et membra habet multa.
omnia autem membra corporis cum sint
multa unū tñ corpus sunt. Ita et xpūs.
Etenim in uno spū omnes nos in unū cor-
pus baptizati sumus. siue iudei siue gen-
tiles siue serui siue liberi. et omēs in uno
spū potati sumus. Nam et corpus non ē
unum membrum sꝫ multa. Si dixerit
pes quoniam non sum manus non sū
de corpore nū ideo nō ē de corpe. Et si dix-
erit auris. qm̄ non sum oculus non
sum de corpore. nū ideo non ē de corpore.
Si totum corpus oculus. ubi auditus.
Si totum auditus. ubi odoratus. Nūc
autem posuit deus membra. unum-
quodque eorum in corpore sicut voluit.
Quod si essent omnia unū mēbrū ubi
corpus. Nunc autem multa quidem
membra. unum autem corpus. Nō
pōt autem oculus dicere manui opus

tua non indigeo. aut iterū pedibus cap̄
non estis michi necessarij. Sz multomagis
que videntur membra corporis infir-
miora ēē necessariora sunt. Et que puta
mus ignobiliora membra ēē corporis
his honorem abundāciorem circunda-
mus. Et que inhonesta sunt nr̄a. ab-
undanciorem honestatem hn̄t. Ho-
nesta autem nr̄a nullius egent. Sz
deus temperauit corpus ei cui deerat.
abundanciorem tribuendo honorem.
ut non sit scisma in corpore sz idipm̄
pro inuicem sollicita sunt membra. Et
si quid patitur vnū membrum cōpati
untur omnia membra. Siue gloriatur
vnum membrū. congaudent omnia
membra. Vos autem estis corpus x̄
et membra de membro. Et quosdā q̄dē
posuit deus in ecclesia. primo aposto
los. s̄c̄do ꝓphetas. tercio doctores. deinde
virtutes. exinde grās curationū opi
tulationes gubernationes genera

linguarum interpretationes ſermonū
Numquid omnes apoſtoli. numquid omēs
prophete. numquid omnes doctores. numquid
omēs virtutes. numquid omēs gratiam ha
bent curationū. numquid omēs linguis loquū
tur. numquid omnes interpretantur. E
mulamini autem cariſmata meliora. Et
adhuc excellentiorem viam vobis demō
ſtro Capitulum. xiij.

Si linguis hominū loquar et angelorū
caritatem autem nō habeam factus ſum
velut es ſonans aut cymbalum tinnens
Et ſi habuero prophetiam et novero miſ
teria omnia et omnem ſcientiam. et ſi
habuero omnē fidem. ita ut montes tranſ
feram caritatem autem non habuero
nichil ſum ita ut montes tranſferā
caritatem autem non habuero nichil ſum
Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omēs
facultates meas. et ſi tradidero corpus
meum ita ut ardeam caritatem autem
non habuero nihil michi prodeſt. Cari

tas paciens ē benigna ē Caritas non emu
latur non agit perperam. non inflatur nō
ē ambicioſa. non querit que ſua ſunt nō
irritatur. non cogitat malum. non gau
det ſup iniqtate. cogaudet aūt veritati. oīa
ſuffert oīa credit oīa ſperat omnia ſuſtinet
Caritas nunquam excidit ſiue prophecie eua
cuabuntur. ſiue lingue ceſſabunt ſiue
ſciencia deſtruetur Ex parte enim cognoſ
cimus et ex parte prophetamus Cum
autem venerit qd pfectum ē euacuabitur
qd ex parte ē Cum eſſem paruulus lo
qbar ut paruulus. ſapiebam ut paruu
lus. cogitabam ut paruulus Quando
autem factus ſum vir euacuaui que erāt
paruuli Videmus nūc p ſpeculū in enig
mate. tunc autem facie ad faciem Nūc
cognoſco ex parte. tunc autem cognoſ
cam ſicut et cognitus ſum Nunc autē
manet fides. ſpes. caritas tria hec Ma
ior autem horum ē caritas Capitulū
Sectamini caritatem emula. xiiij.

lingua. nō hominib⁹ loquit'.

mini ſpiritalia magis autem ut ꝓphete-
tis Qui eñ loquitur. ſꝫ deo. Nemo
eñ audit. Spūs autem loquitur miſ
teria Nam qui ꝓphetat hominibus
loquitur. ad edificationem et exhortati
onem et conſolationem Qui loquitur
lingua. ſemetipm̄ edificat qui autem
ꝓphetat. eccleſiam dei edificat Volo au-
tem omnes vos loqui linguis. magis
autem ꝓphetare. Nam maior ē qui pro
phetat q̄ꝫ qui loquitur linguis loquens
quid vobis prodero niſi vobis loquar.
aut in reuelatione aut in ſcientia. aut
in ꝓphetia. aut in doctrina Tamen que
ſine aīa ſunt vocem dantia. ſiue tybia
ſiue cythara niſi diſtinctionem ſonitu
um dederint. quomodo ſcietur id qđ
canitur. aut quod cytharizatur Etem̄
ſi incertam vocem de tuba quis parabit
ſe ad bellū Ita et vos p linguam niſi
manifeſtū ſermonem dederitis quomo-
do ſcietur id qđ dicit' Eritis eñ in

niſi forte īterpret' vt eccl'ia edificationē ac
cipiet Nūc aūt fr̄es ſi venero ad vos linguis

aera loquentes Tamen multa ut puta
genera linguarum ſunt in hoc mundo.
et nihil ſine voce ē Si ergo neſciero
virtutem vocis . ero ei cui loquor bar
barus et qui loquitur m̄ barbarus
Sic et vos quoniam emulatores eſtis
ſpirituum ad edificationem eccleſie
querite ut abundetis Et ideo qui loquitur
lingua . oret ut interpretetur Nam ſi
orem lingua . ſpūs meus orat . mens
autem mea ſine fructu ē . Quid ergo
ē Orabo ſpū . orabo et mente Pſal-
lam ſpū . pſallam et mente ~~idiote~~ Cete
rum ſi benedixeris ſpū . quis ſupplet
locum idiote Quomodo dicet amen ſup
tuam benedictionem Quoniam
quid dicas neſcit Nam tu quidem
bene gratias agis ſed alter non edificatur
Gratias ago deo meo quod omnium veſ
trū lingua loquor Sed in eccleſia volo
quinque verba ſenſu meo loqui ut
et alios inſtruam . quam decem

milia verborum in lingua Fratres nolite
pueri effici sensibus. sed malicia par
uuli estote. sensibus autem perfecti
estote In lege enim scriptum est Quoniam
in aliis linguis et in aliis labiis loquar
populo huic et nec sic exaudient me di
cit dominus Itaque lingue in signum
sunt non fidelibus sed infidelibus. prophe
tie autem non infidelibus sed fidelibus
Si ergo conueniat uniuersa ecclesia
in v[...]nu et omnes linguis lo
quantur [...] intrent autem idiote aut
infideles. nonne dicent. quod insanitis
Si autem omnes prophetent. intret autem
quis infidelis uel idiota conuincitur
ab omnibus. dyiudicatur ab omnibus
Occulta enim cordis eius manifesta
fiunt. et ita cadens in faciem adora
bit deum pronuncians quod vere deus
in vobis sit Quid ergo fratres est
Cum conuenitis vnusquisque vestrum
psalmum habet. doctrinam habet

apocalipsim habet. linguam habet. inter
pretacionem habet. omnia ad edificati
onem fiant. Siue lingua quis loquitur
secundum duos aut ut multum tres et per
partes et vnus interpretetur. Si autem
non fuerit interpres taceat in ecclesia
sibi autem loquatur et deo. Prophe
te autem duo aut tres dicant. et cete
ri diiudicent. Quod si alii reuelatum fu
erit sedenti. prior taceat. Potestis
enim omnes per singulos pro[illegible]phe-
tare ut omnes discant [illegible] et omnes
exhortentur. Et spiritus prophetarum
prophetis subiectus est. Non enim ~~dissen~~
dissentionis est deus sed pacis. sicut
et in omnibus ecclesiis sanctorum do-
ceo. Mulieres in ecclesiis taceant
Non enim permittitur eis loqui. sed
subditas esse. sicut et lex dicit. Si quid
autem volunt discere. domi viros
suos interrogent. Turpe est enim muli-
eri loqui in ecclesia. An a vobis verbum

dei proceſſit. aut in vos ſolos pueniꝉ
Si quis videtur ꝓpheta ēē aut ſpūa
lis. cognoſcat que ſcribo vobis. quia
domini ſunt mandata Si quis autem
ignorat ignorabit. Itaqꝫ fratres emu
lamini ꝓphetare. et loqui linguis nolite
prohibere. Omnia autem honeſte et
ſecundum ordinem fiant in vobis. xv.
Notum autem vobis facio fratres
euangelium quod predicaui vobis. qđ
accepiſtis. in quo et ſtatis. ꝑ quod et
ſaluamini. qua racione predicauerim vo
bis ſi tenetis niſi fruſtra crediditis Tradi
di enim vobis in primis qđ et accepi quoniam
xpūs mortuus ē pro peccatis nr̄is ſcđꝫ
ſcripturas. et quia ſepultus ē et quia
reſurrexit tercia die ſecundum ſcrip
turas et quia viſus ē cephe et poſt
hoc vndecim Deinde viſus ē plus quam
quingentis fratribus ſimul ex quib9
multi manent vſqꝫ adhuc. quidā
autem dormierunt Deinde viſus ē

iacobo. deinde apl'is omnibus. Noviſſi
me autem omniũ tanqꝫ abortiuo viſus ẽ
et m̃. Ego enĩ ſum minimus aploꝝ. qui
non ſum dignus vocari apoſtolus. qm̃
pſecutus ſum eccleſiam dei. Gr̃a autem
dei ſũm id qđ ſum. et gratia eius in me
vacua non fuit. ſꝫ abundantius illis ō
mibus laboraui. Non ego autem ſꝫ
gratia dei mecum. Siue enĩ ego ſiue
illi. ſic predicauimus et ſic credidiſtis
Si autem xp̃us predicatur q reſur
rexit a mortuis. quomodo quidam
dicunt in vobis. qm̃ reſurrectio mor
tuoꝝ non ẽ. Si autem reſurrectio mortuoꝝ non
ẽ neqꝫ xp̃us reſurrexit. Si autem xp̃us
non reſurrexit. inanis eſt predicatio
nr̃a. inanis ẽ et fides veſtra. Inuenimur
autem et falſi teſtes dei. quoniam
teſtimoniũ diximus aduerſus deum
q ſuſcitauerit xp̃m. quem non ſuſci
tauit ſi mortui non reſurgunt.
Nam ſi mortui non reſurgunt neqꝫ

xpūs reſurrexit Qꝫ ſi xpūs non reſurrex-
it. vana ē fides vrā Adhuc em̄ eſtis
in pcīs veſtris Ergo et qui dormierūt
in x̄. perierunt Si in hac vita tantum
in x̄ ſperantes ſumus. miſerabiliores
ſumus omnibus hominibus. Nunc
autem xpūs reſurrexit a mortuis p̄
imicie dormientiū. quoniam quidem
p hominem mors. et p hominem re-
ſurrectio mortuoꝝ Et ſicut in adam
omnes moriuntur ita et x̄ omnes
viuificabuntur Vnuſquiſqꝫ autem
in ſuo ordine primicie xpūs Deinde
hi qui ſunt x̄ qui in aduentum eius
crediderunt Deinde finis cum tradide-
rit regnum deo et patri cum euacua-
uerit omnē principatum et poteſtatē
et virtutem Oportet autem illum
regnare. donec ponat omnes inimicos
ſub pedibus eius Nouiſſime autem
inimica deſtruetur mors. Omnia
em̄ ſubiecit ſub pedibus eius Cum

autem dicit omnia ſubiecta ſunt ei.
ſine dubio p̄ter eum qui ſubiecit ei oīa
Cum autē ſubiecta fuerint illi† qui
ſubiecit ſibi omnia. ut ſit deus omnia
in omnibus Alioquin quid facient q̄
baptizantur pro mortuis Si omnino
mortui non reſurgunt. ut quid et
baptizantur pro illis Ut quid et
nos periclitamur omni hora Quotidie
morior ꝑ veſtram gloriam fratres
quam habeo in x̄ Jhū domino nrō
Si ſecundū hominem ad beſtias pug
naui epheſi. quid michi prodeſt ſi
mortui non reſurgunt Manduce-
mus et bibamus. cras eīn moriemur
Nolite ſeduci Corrumpunt mores
bonos colloquia mala Euigilate iuſti
et nolite peccare Ignoranciam eīn
dei quidam habent ad reuerentiam
vobis loquor Sz dicit aliquis Quo
modo reſurgunt mortui Quali
autem corpore venient Inſipiens tu

† oīa. tūc et ipſe filius ſubiectus erit illi.

qd̓ ſeminas non viuificatur niſi prius
moriatur Et quid ſeminas. non corp⁹
qd̓ futurum ē ſeminas. ſ; nudū granū
ut puta tritici aut alicuius ceteroꝝ De⁹
autem dat illi corpus ſicut vult et vni-
cuiuſq; ſeminū ꝓprium corp⁹ Non omnis
caro eadem caro. ſ; alia hominū. Alia
pecoꝝ. alia volucrum. alia autē piſciū
Et corpora celeſtia. et corpora terreſtri-
a Sed alia quidem celeſtium gloria.
alia autem terreſtriū. Alia claritas
ſolis. alia claritas lune et alia claritas
ſtellarum Stella eīm a ſtella differt in
claritate. ſic et reſurrectio mortuoꝝ Se-
minatur in corruptione. ſurget in in-
corruptione Seminatur in ignobilita-
te. ſurget in gloria Seminat᷑ in infir-
mitate. ſurget in virtute Seminat᷑
corpus animale. ſurget corpus ſpiri-
tuale Si eſt corpus animale. ē et ſpiri-
tuale ſicut ſcriptum ē Factus ē pim⁹
homo adam in animam viuentem.

nouiſſimus adam in ſpiritum viuificātē
ſ; non prius qđ ſpirituale ē. ſ; qđ an
imale deinde qđ ſpirituale Primus
homo de terra terrenus. ſcđus homo de
celo celeſtis Qualis terrenus. tales et ter
reni Et qualis celeſtis. tales et celeſtes Igi
tur ſicut portauimus imaginē terreni.
portemus et imaginē celeſtis Hoc autē
dico fratres. quia caro et ſanguis regnū
dei poſſidere non poſſunt. neq; corrup
tio incorruptelam poſſidebit. Ecce miſ
teriū vobis dico. Omnes quidem reſur
gemus. ſ; non oēs immutabimur In
momento. in ictu oculi. in nouiſſima
tuba Canet enī tuba et mortui reſur
gent incorrupti et nos immutabimur
Oportet enī corruptibile hoc induere
incorruptionē. et mortale hoc induere
immortalitatem Cū autem mortale
hoc induerit immortalitatem. tunc
fiet ſermo qui ſcriptus ē Abſorta ē mors
in victoria Ubi ē mors victoria tua.

Ubi ē mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatū ē virtus vo pcti lex. Deo gracias qui dedit nobis victoriam p dominū ihm xpm. Itaq; fratres mei dilecti. stabiles estote et immobiles. abundantes in omni opere dni semp sciente q labor vest' non est inanis in domino: Capitulum .xvi.

De collectis autem que fiunt in scōs sicut ordinaui in ecclesys galatie ita et vos facite p vnam sabbati. Vnusquisq; vrm apud se reponat recondens qd ei bene placuerit/ vt nō venero tunc collecte fiant. Cum autem pns fuero. quos probaueritis p eplās hos mittam perferre graciam vrām in iherusalem. Q; si dignū fuerit vt ego eam mecū ibunt. Veniam autem ad vos. cū macedoniam ptransiero. Nam macedoniam ptransibo. Apud vos autem forsitan manebo. uel etiam hyemabo vt vos me deducatis quocumq; iero. Nolo

eñ vos nõ in transitu vidẽ. Spero eñ
me aliquantulum tp̄is manẽ apud
vos ſi dominus p̄miſerit. Permanebo
autem epheſi uſq; ad penteroſten. Oſtiũ
eñ m̄ apertum ē magnum et euidens et
aduerſarij multi. Si autem venerit
Thimoteus videte vt ſine timore ſit
apud vos. Opus eñ dñi opat² ſicut
et ego. Ne quis ergo illũ ſpernat. Dedu
cite autem illum in pace vt veniat ad
me. Exſpecto eñ illum cũ fratribus.
De appollo autem fratre vobis notũ
facio. q̄m multum rogaui eũ vt veni
ret ad vos cum fratribus. et vtiq; nõ
fuit voluntas eius vt nunc veniret.
Veniet autem cum ei vacuũ fuerit.
Vigilate. ſtate in fide. viriliť agite
et confortamini. oĩa eñ vr̄a in carita
te fiant. Obſecro autem vos fratres
noſtis domum ſtephane et fortunati
et achaici. q̄m ſunt p̄mitie achaie et
in miniſterium ſanctoꝝ ordinauerũt

ſeipōs vt et vos ſubditi ſitis eiuſmodi. et
omni cooperanti et laboranti Gaudeo
autem in preſentia ſtephane et fortu
nati et achaici. qm̄ id quod vobis dee-
rat ipi ſuppleuerūt Refecerunt em̄ et
meum ſpm̄ et veſtrum Cognoſcite er-
go qui eiuſmodi ſunt Salutant vos
in domino multū aquila et priſca cū
domeſtica ſua eccleſia. apud quos et
hoſpitor Salutāt vos omnes fratres
Salutate inuicem in oſculo ſancto.
Salutatio mea. manu pauli Si quis
non amat dominū nr̄m Jhm̄ xpm̄ ſit
anathema maranatha Gra̅ domini
nr̄i Jhū x̄ vobiſcum Caritas mea cū
omnibus vobis in x̄ Jhū Amen Ex-
plicit epiſtola pauli ad chorinthios pa

Incipit prologus in ſecundam
epiſtolam ad corinthios

In ſecunda ad corinthos epl̄a
quaſi in parte ſuperiori poſt
tribulationū ſuarum relatio-

nes reddit causas quare ad eos secundo
nõ venit. quoniam non leui mutatiõe
consilii fecisse se asserit. sed ne aduentu
suo tristiciam inuceret cũ in primo pmanẽ
discipulos repisset Deinde post agnitos
fructus penitencie et reconciliat eum eccle
sie. quẽm in prima pr̃ fornicationem
a consortio sanctorum iusserat amoueri
Tercio contra pseudo apostolos officii
sui dignitatem tuetur. et noui testamẽ
ti ministros tanto anteire gratia osten
dit quanto euangelium lege ẽ prestanciꝰ
Immoratur etiam in causa illa pluri
mum quam breuit' in prima contigerat
vt prompti ac libenti animo necessario
presentis vite non habentibus largi
antur. et vtilitatem spiritualis cõmer
cii committent presentia cum futuris
atque abundantia sua sanctorum inopi
am suppleant. vt vicissim eorum inopia sanc
torum abundantia suppleatur In fine repe
tit quod superius contra pseudo aplõs

exterat. et iactationem eorum predicatione-
nesque de se gloriosas vel collata antiquita-
te generis vel catalogo iniuriarum ac
periculorum suorum evacuat. dicitque eos ope-
rarios subdolos qui ad imitationem
sathane transfigurentur in apostolos xpi
sub predicationis spe. lucra pecuniaria
querentes sectantes. Incipit argumentum

Post actam a corinthiis peni-
tentiam consolatoriam scri-
bit eis epistolam apostolus
a troade per titum et collaudans eos. hor-
tatur ad meliora. contristatos quidem
eos sed emendatos ostendens. Explicit
argumentum. Incipit epistola pauli ad
corinthios secunda

Paulus apostolus xpi ihu
per voluntatem dei et ti-
motheus frater ecclesie
dei que est corinthi cum
omnibus sanctis qui sunt
in universa achaia. Gratia vobis et pax

a deo patre nr̄o et domino Ihū x̄. Benedict[us]
deus et pater domini nr̄i Ihū x̄. pat[er]
misericordiarum et deus tocius conso
lationis qui consolatur nos in omni
tribulatione nr̄a. vt possimus et ip̄i con
solari eos qui in omni pressura sunt
p[er] exhortationem qua exhortamur et
ip̄i a deo qm̄ sicut abundant passiones
x̄ in nobis. ita et p[er] xp̄m abundat co
solatio nr̄a. Siue autem tribulamur
pro vestra exhortatione et salute siue
consolamur pro vr̄a consolatione
siue exhortamur pro vr̄a exhortati
one et salute que opatur tolerantiā
earūdem passionū quas et nos pati
mur vt spes nr̄a firma sit pro vobis.
scientes quoniam sicut socii passionū
estis. sic eritis et consolationis non
enī volumus ignorare vos fratres
de tribulatione nr̄a que facta ē in asia
qm̄ supra modum grauati sumus sup[er]
virtutem. ita ut tederet nos etiam vi-

uere. Sꝫ ipi in nobiſipſis reſponſum mortis
habuimus vt non ſimus fidentes in no
bis. ſꝫ in deo qui ſuſcitat mortuos qui de
tantis periculis nos eripuit et eruit in
quem ſperamus qm̄ et adhuc eripiet ad
iuuantibus et vobis in oratione pro
nobis vt ex multarum pſonis facierũ
eius que in nobis ē donationis pmul
tos grẽ agantur pro nobis. Nam glã
nr̃a hec eſt teſtimoniũ conſciencie nr̃e
quia in ſimplicitate cordis et ſinceritate
dei. et non in ſapientia carnali. ſꝫ in grã
dei conuerſati ſumus in hoc mundo ab
undantius autem ad vos. Non em̄ alia
ſcribimus vobis qͣ que legiſtis et cogno
uiſtis. Spero autem qꝫ vſqꝫ in finem cog
noſcetis ſicut et cognouiſtis nos ex parte.
quia gloria vr̃a ſumus ſicut et vos nr̃a in
die domini nr̃i Jhū x̄. Et hac confidentia
volui prius venire ad vos vt ſecundam
graciam haberetis et p vos tranſirem in
macedoniam. et iterum a macedonia ve

uirem ad vos et a vobis deduci in iudeam
Cum ergo hoc voluiſſem numquid leui
tate uſus ſum. Aut que cogito ſecundum carnem
cogito. ut ſit apud me. eſt et non. Fidelis
autem deus. quia ſermo noſter qui fuit apud
vos. non eſt in illo. eſt et non. ſed eſt in illo eſt. Dei
enim filius Ihesus christus qui in vobis per nos
predicatus eſt. per me et ſiluanum et timo
theum non fuit in illo. eſt et non. ſed eſt in illo
fuit. Quotquot enim promiſſiones dei
ſunt in illo eſt. Ideo et per ipſum amen deo ad
gloriam veſtram. Qui autem confir
mat nos vobiſcum in christo et qui vnxit nos
deus et qui ſignauit nos et dedit pignus
ſpiritus in cordibus noſtris. Ego autem teſtem
deum inuoco in animam meam quia par
cens vobis non veni vltra corinthum
non quia dominamur fidei veſtre. ſed ad
iutores ſumus gaudii veſtri. Nam fide
ſtatis. Capitulum. ij.
Statui autem hoc ipſe apud me ne ite
rum in triſticia venirem ad vos. ſi enim

ego contriſto vos. et quis ē qui me letifi-
cet niſi q̄ contriſtatur ex me Et hoc ip̄m
ſcripſi vobis ut non cum venero triſticiā
ſup triſticiam habeam de quibus opor-
tuerat me gaudē. confidens in omnib⁹
vobis. quia meū gaudiū om̄ vr̄m eſt
Nam ex multa tribulatione et anguſti-
a cordis ſcripſi vobis p multas lacri-
mas. non ut contriſtemini ſ; ut ſciatis
quam caritatem habeam abundanti⁹
in vobis Si quis autem contriſtavit
me. non me contriſtavit. ſ; ex pte ut nō
onerem om̄s vos Sufficit illi qui ei⁹-
modi ē obiurgatio hec que fit a pluri-
bus. ita ut econtrario magis donetis
et conſolemini. ne forte abundantiori
triſticia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt
Ppt̄ qd̄ obſecro vos ut confirmetis in
illum caritatem Ideo enī et ſcripſi vobis
ut cognoſcam expimentū vr̄m. an in
omnibus obedientes ſitis Cui autem
aliquid donaſtis et ego Nam et ego qd̄

donaui si quid donaui ppt' vos in psona
x̄ vt non circumueniamur a sathana
Non enim ignoramus cogitationes eius
Cum venissem autem troadem ppt' euan-
gelium x̄. et ostium mihi apertum esset in
domino. non habui requiem spiritui
meo. eo quod non inuenerim tytum fratrem me-
um. sed valefaciens eis. profectus sum in
macedoniam Deo autem gratias qui semp
triumphat nos in x̄o Jhū et odorem no-
titie sue manifestat p nos in omni lo-
co. quia x̄ bonus odor sumus. deo in
hiis qui salui fiunt. et in hiis qui pere-
unt Aliis quidem odor mortis in mor-
tem. aliis autem odor vite in vitam
Et ad hec quis tam idoneus. Non enim
sumus sicut plurimi adulterantes v'bum
dei. sed ex sinceritate sicut ex deo coram
deo in x̄o loquimur Capitulum. iij.
Incipimus iterū nosmetipsos comē-
dare Aut nunquid egemus sicut quidā
commendaticiis eplis ad vos aut ex vo

bis Epiſtola nr̄a vos eſtis ſcripta in
cordibus nr̄is. que ſcitur et legitur ab
omnibus hominibus manifeſtati.
qm̄ ep̄la eſtis x̄ miniſtrata a nobis et
ſcripta non atramento ſ; ſpū dei viui
non in tabulis lapideis ſ; in tabulis
cordis carnalibus Fiduciam autem
talem habemus p̄ xp̄m ad deū Non
q ſufficientes ſimus cogitare aliquid
a nobis quaſi ex nobis. ſ; ſufficientia
nr̄a ex deo ē Qui et idoneos nos fecit
miniſtros noui teſtamenti. non litte-
ra ſ; ſpū Littera em̄ occidit. ſpūs autē
viuificat Qz ſi miniſtracio mortis
lr̄is deformata in lapidibus. fuit in
gloria ita ut non poſſent intendē filij
iſrael in faciem moyſi ꝑpt' gloriam
vultus eius que euacuatur quō non
magis miniſtracio ſpūs erit in gloria
Nam ſi miniſtratio dampnationis in
gloria ē multomagis abūndat miniſ
teriū iuſticie in gloria Nam nec glori-

ficatum ē qd claruit in hac parte ꝓpt
excellentem gloriam. Si eni͂ qd euacu
atur ꝑ gloriam ē multo magis qd
manet in gloria ē. Habentes igitur
talem spem multa fiducia utimur
Et non sicut moyses ponebat vela-
men sup faciem suam ut non intende-
rent filii israel in faciem eius qd eua-
cuatur ꝫ obtusi sunt sensus eoꝝ. Usqꝫ
in hodiernum diem idipm̄ velamen
in lectione veteris testamenti manet
non reuelatum quod in xᵒ euacuatur ꝫ
usqꝫ in hodiernū diem cum legitur moy
ses velamē positum ē sup cor eoꝝ. Cum
autem conuersus fuerit ad deum. aufe
retur velamen. Dominus spūs est aūt
ubi autem spūs domini. ibi libertas
Nos vero omnes reuelata facie gloriam
domini speculantes in eandem imagi-
nem transformamur a claritate in cla
ritatem tanqꝫ a domini spiritu. .iiij. :
Ideo habentes hāc āministratione͂

iuxta quod misericordiam consecuti sumus non
deficimus. sed abdicimus occulta dede-
coris. non ambulantes in astutia neque
adulterantes verbum dei. sed in manifes-
tatione veritatis commendantes nos-
metipsos ad omnem conscientiam
hominum coram deo. Quod si etiam
opertum est evangelium nostrum in his qui
pereunt est opertum. in quibus deus
huius seculi excecavit mentes infide-
lium ut non fulgeat illuminatio evan-
gelii glorie christi qui est imago dei. Non enim
nos metipsos predicamus sed ihesum christum
dominum nostrum. Nos autem ser-
vos vestros per ihesum. quoniam deus qui dixit de
tenebris lucem splendescere. ipse illuxit
in cordibus nostris ad illuminationem
scientie claritatis dei in facie christi ihesu.
habemus autem thesaurum istum
in vasis fictilibus ut sublimitas sit
virtutis dei. et non ex nobis. In omni-
bus tribulationem patimur sed non

angustiamur Aporiamur ſ; non
destituimur Perſecutionem patimur.
ſ; non derelinquimur Humiliamur.
ſ; non confundimur Deyciamur ſ; nō
perimus Semp mortificationem
Ihū x̄ in corpore nr̄o circumferentes
vt et vita Ihū manifeſtetur in corpo
ribus nr̄is Semp em̄ nos qui viui
mus in mortem tradimur ꝑpt᷑ Ihm̄
vt et vita Ihū manifeſtetur in carne
nr̄a mortali Ergo mors in nobis opa
tur. vita autem in vobis Habentes
autem eundem ſpm̄ fidei. ſicut ſcrip
tum ē Credidi propt᷑ qđ locutus ſū.
et nos credimus ꝑpt᷑ qđ et loquimur.
ſcientes qm̄ qui ſuſcitauit Ihm̄. et nos
cū Ihū ſuſcitabit. et conſtituet vobiſ
cū Omnia em̄ ꝑpt᷑ vos. vt gr̄a ab
undans ꝑ multos in gr̄arum actione
abundet in gloriam dei Propt᷑ qđ nō
deficimus Sȝ licet is qui foris ē nr̄ ho
corrumpatur. tn̄ is qui intus ē renouat᷑

de die in diem. Id enim quod in presenti est. mo-
mentaneum et leue tribulationis nostre.
supra modum in sublimitate eternum
glorie pondus operatur in nobis non con-
templantibus nobis que videntur. sed
que non videntur. Que enim videntur tem-
poralia sunt. que autem non videntur
eterna sunt Capitulum. v.

Scimus enim quoniam si terrestris domus
nostra huius habitationis dissoluatur
quod edificationem ex deo habemus do-
mum non manufactam. sed eternam in
celis Nam et in hoc ingemiscimus
habitationem nostram que de celo est superindu-
i cupientes. si tamen vestiti et non nudi in-
ueniamur Nam et qui sumus in hoc
tabernaculo ingemiscimus grauati
eo quod nolumus expoliari. sed superuesti-
ri. vt absorbeatur quod mortale est a
vita Qui autem efficit nos in hoc ipsum
deus qui dedit nobis pignus spiritus
Audentes igitur semper et scientes quoniam

dum ſumus in hoc corpore pegrinam̄
a domino Per fidem eñ ambulamus et nō
ꝑ ſpem Audemus autem et bonam vo
luntatem habemus magis pegrinari
a corpore et p̄ntes ee̅ ad dominū. et ideo
contendimus ſiue abſentes ſiue p̄ntes
placere illi Omnes eñ nos manifeſtari
oportet ante tribunal x̄. ut referat unuſ
quiſq; propria corporis prout geſſit.
ſiue bonum ſiue malum Scientes ergo
timorē domini hominibus ſuademus.
deo autem manifeſti ſumus Spero autē
et in conſcientijs vr̄is manifeſtos nos ee̅
Non iterum commendamus nos vobis
ſʒ occaſionem damus vobis gloriandi
pro nobis. ut habeatis ad eos qui in fa
cie gloriantur et non in corde. Siue eñ
mente excedimus deo ſiue ſobrij ſumus
vobis Caritas eñ x̄ urget nos eſtimā
tes hoc quoniam unus pro omnibus
mortuus ē ergo omnes mortui ſunt
Et pro omnibus mortuus ē xp̄us. ut

et qui viuunt. iam non sibi viuant sed ei
qui pro ipsis mortuus est et resurrexit Itaque
nos ex hoc neminem nouimus secun-
dum carnem Et si cognouimus secundum
carnem xpm. sed nunc iam non noui-
mus Si qua ergo in xpo noua creatura
vetera transierunt. ecce facta sunt omnia noua
Omnia autem ex deo qui nos reconcili-
auit sibi per xpm. et dedit nobis ministe-
rium reconciliationis Quoniam quidem deus
erat in xpo mundum reconcilians sibi.
non reputans illis delicta ipsorum et po-
suit in nobis verbum reconciliationis
Pro xpo ergo legatione fungimur tanquam
deo exhortante per nos Obsecramus pro
xpo. reconciliamini deo Eum qui non noue-
rat peccatum pro nobis peccatum fecit. ut nos
efficeremur iustitia dei in ipso. vj.
Adiuuantes autem exhortamur
ne in vacuum gratiam dei recipiatis Ait
enim Tempore accepto exaudiui te. et in
die salutis adiuui te Ecce nunc tempus

acceptabile ecce nunc dies ſalutis Ne-
mini dantes ullam offenſionem ut
non vituperetur miniſterium noſtrum.
ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos
ſicut dei miniſtros In multa patien
tia. in tribulationibus in neceſſitatibus
in anguſtiis. in plagis. in carceribus
in ſeditionibus in laboribus. in vigiliis
in ieiuniis. in caſtitate. in ſcientia. in
longanimitate. in ſuavitate. in ſpiritu
ſancto. in caritate non ficta. in verbo veri
tatis. in virtute dei Per arma iuſtitie
a dextris et a ſiniſtris per gloriam et igno
bilitatem. per infamiam et bonam fa
mam Ut ſeductores et veraces. ſicut
qui ignoti et cogniti quaſi morientes
et ecce vivimus ut caſtigati et non
mortificati Quaſi triſtes ſemper autem
gaudentes Sicut egentes. multos
autem locupletantes Tamquam nihil
habentes et omnia poſſidentes Os
noſtrum patet ad vos o corinthii cor noſtrum

dilatatum e͞ Non angustiamini aute͞
in visceribus v͞ris Eandem autem ha
bentes remunerationem tanq͞ filijs
dico dilatamini et vos Nolite iugu͞
duce͞ cu͞ infidelibus Que eni͞ partici
patio iusticie cum iniquitate aut q͞
societas luci ad tenebras Que aute͞
conuentio x͞i ad belial Aut que pars
fideli cu͞ infideli Qui autem consen
ſus templo dei cu͞ idolis Vos autem
eſtis templum dei viui ſicut dicit deus.
qm͞ inhabitabo in illis et inambulabo
int͞ eos. et ero illoꝝ deus. et ipi͞ erunt
m͞ populus. propt͞ quod exite de medio
coꝝ et ſeparamini dicit dominus. et
inmundu͞ ne tetigeritis. et ego reci
piam vos. et ero vobis in patrem
et vos eritis michi in filios et filias
dicit dominus omnipotens. vij.

Has ergo habentes promiſſione͞s
cariſſimi mundemus nos ab omni
inquinamento carnis et ſp͞us p͞fi

tientes ſanctificationem in timore dei
Capite nos Neminem leſimus. ne
minem corrumpimus. neminem cir
cumuenimus Non ad condemnationē
vrām dico Prediximus eñi q in cor
dibus noſtris eſtis ad commoriendū
et ad conuiuendū Multa m̄ fiducia
ē apud vos. multa m̄ gloriatio pro
vobis Repletus ſum conſolatione
ſupabundo gaudeo in omni tribula
tione vrā. Nam et cum veniſſemus
in macedoniam nullam requiem
habuit caro noſtra. ſ3 omnem tribu
lationem paſſi ſumus. Foris pug
ne intus timores Sz qui conſolat[r]
homines. conſolatus ē nos deus in
aduentu titi Non ſolū aut in aduentu ei9
ſ3 etiam conſolatione in qua conſolat9
ē in vobis referens nobis veſtrū deſi
derium. vrm̄ fletum. vrām emulatio
nem pro me ita ut magis gauderem
Qm̄ et ſi contriſtaui vos in eplā no

me penitet Et ſi peniteret videns qp
eplā illa et ſi ad horam vos contri
ſtauit nunc gaudeo. non quia cōtriſ
tati eſtis. ſꝫ quia contriſtati eſtis ad
penitentiam Contriſtati enī eſtis
ſecundū deum. vt in nullo detrimē
tū patiamini ex nobis. Que enī
ſecundum deum triſticia ē peniten
tiam in ſalutem ſtabilem operatur ^
Ecce enī hoc ipm̄ ſcḋꝫ deum contriſta
ri vos q̄ꝫtam in vobis opatur ſollici
tudinem. ſꝫ defenſionem. ſꝫ indigna
tionem. ſꝫ timorem. ſꝫ deſiderium. ſꝫ
emulationem. ſꝫ vindictam In om
nibus exhibuiſtis vos incontamina
tos eē negocio. Igitur et ſi ſcripſi vo
bis. non ꝓpt' eum qui fecit iniuriā
nec ꝓpt' eū qui paſſus ē ſꝫ ad mani
feſtandam ſollicitudinem noſtram
quam habemus pro vobis corā
deo Ideo conſolati ſumus. In con
ſolatione autem noſtra abundācius

^ ſeculi autem triſticia mortem opat'.

magis gauiſi ſumus ſup gaudio titi
qr refectus ē ſpūs eius ab omnibus vo
bis Et ſi quid apud illum de vobis glo
riatus ſum non ſum confuſus ſ3 ſicut
oīa vobis in veritate locuti ſumus. ita
et gloriatio nr̄a que fuit ad titum veri
tas facta ē Et viſcera eius abundan
tius in vobis ſunt reminiſcentis om
vrm̄ obedientiam quomodo cum timo
re et tremore excepiſtis illum Gaudeo
qꝫ in omnibus confido in vobis .viij.

Notam autem facimus vobis frēs
gratiam dei que data ē in eccleſijs mace
donie. et qꝫ in multo experimento tribu
lationis abundantia gaudij ipoꝝ fuit
et altiſſima paupertas eoꝝ abundauit
in diuitias ſimplicitatis eoꝝ Quia ſe
cundū virtutem teſtimoniū illis reddo
et ſupra virtutem voluntarij fuerunt
cū multa exhortatione obſecrantes nos
gratiam et communicationem miniſte
rij quod fit in ſanctos Et non ſicut ſpe

rauimus ſ; ſemetipſos dederunt primū domino. deinde nobis p voluntatem dei. ita ut rogaremus Titū ut quemadmodum cepit ita et pficiat in vobis etiam gratiam iſtam. Sz ſicut in omnib9 abundatis fide et ſermone et ſciencia et omni ſollicitudine inſup et caritate vr̃a in nos. ut et in hac grã abundetis. Non quaſi imperans dico. ſ; p alioꝝ ſollicitudinem etiam vr̃e caritatis ingenium bonum comprobans. Scitis enī gratiam domini nr̃i Jhū xp̄. qm̄ ppt vos egenus factus ē cū eẽt dives ut illius inopia vos divites eſſetis. Et conſilium in hoc do. Hoc enī vobis utile ē qui non ſolum facere ſ; et velle cepiſtis ab anno priore. nunc vero et facto perficite ut quemadmodum promtus ē animus voluntatis ita ſit et pficiendi ex eo qd habetis. Si enī voluntas prompta ē ſcd̃z id qd habet accepta ē non ſcd̃z id qd non

habet. non enim ut aliis ſit remiſſio vo
bis autem tribulatio. ſed ex equalitate
in preſenti tempore veſtra abundantia
illorum inopiam ſuppleat ut et illorum ab
undantia veſtre inopie ſit ſupplemen
tum ut fiat equalitas ſicut ſcriptum
est. Qui multum habuit non abunda
vit. et qui modicum non minora
vit. Gratias autem ago deo qui dedit
eandem ſollicitudinem pro vobis in cor
de titi. quoniam exhortationem
quidem ſuſcepit. ſed cum ſollicitior
eſſet ſua voluntate profectus est ad
vos. Miſimus etiam cum illo fratrem
noſtrum cuius laus est in euangelio per
omnes eccleſias. non ſolum autem
ſed et ordinatus est ab eccleſiis comes
peregrinationis noſtre in hanc gratiam
que miniſtratur a nobis ad domi
ni gloriam et deſtinatam volunta
tem noſtram. Devitantes hoc ne
quis nos vituperet in hac pleni

dine que miniſtratur a nobis in
gloriam dn̄i Prouidemus en̄ bō
non ſolum coram deo ſꝫ etiam coram
hominibus. Miſimus autem cum
illis et fratrem nr̄m quē pbauimus
in multis ſepe ſollicitū eē nunc multo
ſollicitiorem confidentia multa in voſ
ſiue pro tito qui ē ſocius meus et in
vobis adiutor. ſiue fratres nr̄i apl̄i
eccleſiarū glorie xp̄i. Oſtenſione ergo
que ē caritatis vr̄e et nr̄e glorie pro vo
bis in illos oſtendite in faciem eccleſiarꝫ
Nam de miniſterio qđ fit in ſanctos
ex abundanti ē m̄ ſcribere vobis
Scio em̄ promptum animū vr̄m pro
quo de vobis glorior apud macedones
quoniam achaia parata ē ab anno
preterito. et vr̄a emulatio prouo
cauit plurimos Miſimus autem
fratres. ut ne qđ gloriam de vobis
euacuetur in hac parte. ut quem
admodum dixi parati ſitis ſitis.

ne cũ venerint macedones mecum
et invenerint vos imparatos. erube
scamus nos ut non dicamus vos in
hac substancia. Necessarium ergo ex
istimavi rogare fratres. ut preveni
ant ad vos. et preparent repromiſ
ſam benedictionem hanc paratam
eẽ. ſic quaſi benedictionem non qua
ſi avariciam. Hoc autem dico. Qui
parce ſeminat. parce et metet. et qui
ſeminat in benedictionibus de bene
dictionibus et metet. Unuſquiſq;
prout deſtinavit in corde ſuo non
ex triſticia aut ex neceſſitate. Hila
rem em̄ datorem diligit deus. Po
tens ē autem deus omnem graciam
abundare facere in vobis ut in om
nibus ſemp omnem ſufficienciã
habentes abundetis in omne opus
bonũ ſicut ſcriptum ē. Diſperſit de
dit pauperibus iuſticia eius ma
net in ſeculũ ſeculi. Qui autem a

miniſtrat ſemen ſeminanti. et panem
ad manducandum preſtabit et multi
plicabit ſemen veſtrum et augebit incremen
ta frugum iuſticie veſtre Ut in omnibus
locupletati abundetis in omnem ſim
plicitatem que operatur per nos gratia
rum actionem deo Quoniam miniſterium
huius officii non ſolum ſupplet ea que
deſunt ſanctis. ſed etiam abundat per
multas gratiarum actiones in domino
per probationem miniſterii huius glori
ficantes deum in obedientia confeſſionis
veſtre in evangelio christi et ſimplicitate co
municationis veſtre in illos et in omnes
et in ipſorum obſecratione pro vobis de
ſiderantium vos propter eminentem gratiam
dei in vobis Gratias ago deo ſuper
inenarrabili dono Capitulum .x.

Ipſe autem ego paulus obſecro
vos per manſuetudinem et modeſtiam
christi. qui in facie quidem humilis ſum
inter vos. abſens autem confido in vo

bis Rogo autem vos ne presens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam. qui arbitrantur nos tamquam secundum car[ ]nem ambulemus In carne enim ambulantes. non tamen secundum carnem militamus Nam arma militie nostre non carnalia sunt. sed potencia deo ad destructionem municionum. consilia destruentes. et omne altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei. et in captiuitatem redigentes. omnem intellectum in obsequium christi. et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam. cum impleta fuerit vestra obediencia Que secundum faciem sunt videte Si quis confidit sibi christi esse hoc cogitet iterum apud se quia sicut et ipse christi est ita et nos Nam et si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis dominus in edificationem et non in destructionem vestram non erubescam Ut autem non existimer tamquam terrere

vos p eplas quoniamquidem episto
le inquiunt graues sunt et fortes. p̄
ſentia autem corporis infirma et ſer
mo contemptibilis hoc cogitet qui
eiuſmodi ē. quia quales ſumus ūbo
p eplas abſentes. tales et preſentes
in facto Non enī audemus inſerere aut
comparare nos quibuſdam qui ſeipos
cōmendant Sʒ ipi in nobis noſmetip
ſos metientes. et comparantes noſ
metipos nobis Nos autem non in
immenſum gloriabimur ſʒ ſcdʒ mē
ſuram regule qua menſus ē nobis
deus menſuram ptingendi uſqʒ ad
vos. Non enī quaſi non ptingentes
ad vos ſup extendimus nos Uſqʒ
ad vos enī puenimus in euangelio
x̄ non in imenſū gloriantes in alie
nis laboribus Spem autem habē
tes creſcentis fidei vr̄e in vobis mag
nificari ſecundum regulam nr̄am
in abundantia. etiam in illa que

vltra vos ſunt euangeliſare non in aliena regula in his que preparata ſunt gloriari Qui autem gloriatur in domino glorietur Non enim qui ſe ipſum commendat ille probatus eſt. ſed quem deus commendat Capitulum. xi.

Utinam ſuſtineretis modicum quid inſipientie mee. ſed et ſupportate me Emulor enim vos dei emulatione. Deſpondi enim vos vni viro virginem caſtam exhibere xpo Timeo autem ne ſicut ſerpens ſeduxit euam aſtucia ſua ita corrumpantur ſenſus veſtri et excidant a ſimplicitate que eſt in xpo Ihu. nam ſi is qui venit alium xpm predicat quem non predicauimus aut alium ſpm accepiſtis quem non accepiſtis. aut aliud euangelium quod non recepiſtis. recte pateremini Exiſtimo enim nichil me minus feciſſe a magnis apoſtolis. Nam et ſi imperitus ſermone ſed non ſcientia In

omnibus autem manifeſtus ſum vobis
Aut nunquid peccatum feci meipſum
humilians ut vos exaltemini. Quo
niam gratis euangelium dei euan
gelizaui vobis alias eccleſias expo
liaui accipiens ſtipendium ad mi
niſterium veſtrum et cum eſſem apud
vos et egerem. nulli oneroſus fui. nam
quod michi deerat. ſuppleuerunt fratres
qui venerunt a macedonia. et in omnibus
ſine onere me vobis ſeruaui et ſerua
bo. Eſt veritas christi in me quoniam hec
est gloriatio non infringetur in me in
regionibus achaie. Quare. Quia
non diligo vos. Deus ſcit. Quod autem
facio et faciam. ut amputem occaſio
nem eorum qui volunt occaſionem ut
in quo gloriantur. inueniantur ſicut
et nos. Nam eiuſmodi pſeudo apoſto
li ſunt operarii ſubdoli tranſfiguran
tes ſe in apoſtolos christi. et non mirum
Ipſe enim ſathanas tranſfigurat ſe in

angelum lucis Non est ergo magnum
si ministri eius transfigurentur velut
ministri iustitie quorum finis erit secun
dum opera ipsorum Iterum dico ne quis
putet me insipientem esse Alioquin
velut insipientem accipite me. ut et
ego modicum quid glorier Quod lo
quor. non loquor secundum deum sed
quasi in insipientia in hac substan
tia glorie quoniam multi gloriantur secun
dum carnem et ego gloriabor Liben
ter enim suffertis insipientes cum sitis ipsi sa
pientes Sustinetis enim si quis vos
in servitutem redigit. si quis devorat.
si quis accipit si quis extollitur. si quis
in faciem vos cedit Secundum ignobi
litatem dico quasi nos infirmi fueri
mus in hac parte In quo quis audet
in insipientia dico audeo et ego He
brei sunt et ego Israelite sunt et ego
Semen abrahe sunt et ego Ministri xpi
sunt et ego. ut minus sapiens dico

plus ego In laboribus plurimis. in
carceribus abundantius. in plagis ſu-
pramodum. in mortibus frequenter
A iudeis quinquies quadragenas
una minus accepi Ter virgis ceſus
ſum. ſemel lapidatus ſum. ter nau-
fragium feci. nocte et die in profundo
maris fui In itineribus ſepe. periculis
fluminum. periculis latronum. periculis ex
genere. periculis ex gentibus. periculis in
civitate. periculis in ſolitudine. periculis
in mari. periculis in falſis fratribus
In labore et erumna. in vigiliis mul
tis. in fame et ſiti in ieiuniis multis.
in frigore et nuditate. preter illa que
intrinſecus ſunt inſtantia mea quoti
diana ſollicitudo omnium eccleſiarum Quis
infirmatur et ego non infirmor Quis
ſcandalizatur et ego non uror Si glo
riari oportet que infirmitatis mee
ſunt gloriabor Deus et pater domini
nostri Ihesu Christi ſcit qui est benedictus in ſecu

la quia non mentior Damaſci prepoſitus
gentis ~~is~~ arethe regis cuſtodiebat ciui
tatem damaſcenorum ut me comprehen
deret Et per feneſtram in ſporta dimiſſus
ſum per murum. et ſic effugi manus eius xij.
Si gloriari oportet. non expedit qui
dem Veniam autem ad viſiones et re
lationes domini. Scio hominem in chriſto ante
annos quatuordecim ſiue in corpore
ſiue extra corpus. neſcio. deus ſcit rap
tum huiuſmodi uſque ad tercium celum
Et ſcio huiuſmodi hominem ſiue in
corpore ſiue extra corpus neſcio. deus
ſcit quoniam raptus eſt in paradiſum.
et audiuit archana verba que non licet
homini loqui Pro huiuſmodi glori
abor. pro me autem nihil niſi in infir
mitatibus meis Nam et ſi voluero
gloriari. non ero inſipiens veritatem
enim dicam Parco autem ne quis
me exiſtimet ſupra id quod videt in
me. aut audit aliquid ex me Et ne

magnitudo revelationum extollat me.
datus ē m̄ stimulus carnis mee angelus
sathane qui me collaphiset Pr̄ quod
ter dominū rogavi ut discederet a me
Et dixit m̄ Sufficit tibi gratia mea
Nam virtus in infirmitate pficitur
Libenter igitur gloriabor in infirmita
tibus meis ut inhabitet in me virtus x̄
Pr̄ quod placeo m̄ in infirmitatibus
meis. in contumeliis. in necessitatibus.
in psecutionibus. in angustiis p x̄. Cum
eñ infirmor tūc potens sum Factus
sum insipiens. vos me coegistis Ego
eñ a vobis debui cōmendari Nihil eñ
minus feci ab his q̄ sunt sup̄ modum
apostoli Tam et si nihil sum signa tamē
apostolatus mei facta sunt sup vos in
omni patientia in signis et prodigiis et
virtutibus Quid ē eñ quod minus ha
buistis p ceteris ecclesiis. nisi q̄ ego ipse nō
gravavi vos. Donate m̄ hanc iniuriā
Ecce tercio hoc paratus sum venire ad

vos et non ero grauis vobis Non
em̄ quero que vr̄a sunt ꝫ vos Nec
em̄ debent filij parentibus thesauri-
sare ꝫ parentes filijs Ego autem li
bentissime impendam et superimpen
dar ego ipse pro animabus vr̄is. licet
plus vos diligens minus diligar Sꝫ
esto Ego vos non grauaui ꝫ cum eē̄m
astutus dolo vos cepi Nunquid p ali
quem eoꝝ quos misi ad vos circumueni
vos Rogaui titū et misi cū illo frēm
Nonne titus vos circumuenit Nonne
eodem spū ambulauimus Nonne eis
dem vestigijs Olim putatis ꝙ excu
semus nos apud vos Corā deo in xp̄o
loquimur Omnia em̄ carissimi ꝓpt
edificationem vr̄am Timeo em̄ ne
forte cum venero. nō quales volo in
ueniam vos. et ego inueniar a vobis
qualem non vultis. ne forte contenti
ones. emulationes. animositates
dissensiones. detractiones. susurratio

nes. inflaciones ſediciones. ſint inter
vos Ne iterū cū venero humiliet me
deus apud vos et lugeam multos ex
his qui ante peccauerunt et nō egerūt
penitenciā ſup immūdicia. et fornica
cione. et impudicitia quam geſſerūt
Ecce tercio hoc venio ad vos . xiij.
vt in ore duoꝝ uel trium teſtiū ſtabit
omne v̄bum . Predixi enī et predico.
ut p̄ns vobis et nunc abſens his qui
ante peccauerunt et ceteris omnibus
qm̄ ſi uenero iterum non parcam
An experimentum queritis eius qui
in me loquitur xp̄us. qui in vobis
non infirmatur. ſꝫ potens ē in vobis
Nam et crucifixus ē ex infirmitate.
ſꝫ viuit ex virtute dei Nam et nos
infirmi ſumus in illo. ſꝫ viuemus ī
eo ex virtute dei in vobis Voſmet
ipos temptate ſi eſtis in fide ipi vos pro
bate An non cognoſcitis. quia nos
nō ſumus reprobi Oramus autem
vosmetipōs. qꝛ xp̄us ieſus in vobis ē. Niſi forte
reprobi eſtis. Spero aūt qꝛ cognoſcitis.

deum ut nihil mali faciatis. nō ut nos
probati pareamus. ſʒ ut vos qd̄ bonum
ē faciatis. nos autem reprobi ſimus. No
poſſumus eñ aliquid aduerſus verita
tem. ſʒ pro veritate. Gaudemus qm̄
eñi nos infirmi ſumus vos autem po
tentes eſtis. Hoc et oramus vr̄am con
ſūmationē. Ideo eñ hec abſens ſcribo
ut non preſens durius agam ſcd̄ʒ ptāte
quam dn̄s dedit m̄ in edificationem et
nō in deſtructionem. De cetero fr̄es gau
dete pfecti eſtote. exhortamini. idipm̄
ſapite. Pacem habete. et deus pacis
et dilectionis erit vobiſcū. Salutate
inuicem in oſculo ſancto. Salutant
vos om̄s ſancti. Gr̄a dn̄i nr̄i ihū x̄
et caritas dei et cōmunicatio ſancti ſpūs
ſit cū omnibus vobis Amen. Explicit
epl̄a pauli ad corinthios ſcd̄a. Inci
pit argumentum in epl̄am ad galatas
Galathe ſunt greci. Hi v̄bum veri
tatis primum ab apl̄o acceperunt

ſ; poſt diſceſſum eius tentati ſunt a falſis
apoſtolis ut in legem et circumciſionem
verterentur Hos apoſtolus revocat ad
eis ab epheſo
fidem veritatis ſcribens Explicit argu-
mentum. Incipit epla pauli ad
galathas Capitulum primum

Paulus apoſtolus non ab
hominibus neq; p homi
nem ſ; p ihm xpm et de
um patrem qui ſuſcita
uit eu a mortuis et q me
cum ſunt omnes fratres eccleſiis galathie
Gra vobis et pax a deo pre nro et domi
no ihu x. qui dedit ſemetipm pro pctis
nris ut eripet nos de preſenti ſeculo
nequam ſcd; voluntatem dei et pris noſ
tri cui e gloria ſecula ſeculorum amen.
Miror q ſic tam cito traſſerimini ab
eo qui vos vocavit in gracia x in aliud
evangelium qd no e aliud niſi ſunt aliq
qui vos conturbant. et volunt conuer
tere evangelium x. Sed licet nos aut angle-

lus de celo euangeliſet vobis p̄terq̄
q̄ euangeliſauimus vobis anathe-
ma ſit. Sicut p̄diximus et nunc ite-
rū dico. Si quis vobis euangeliſaue-
rit p̄t id quod accepiſtis. anathema
ſit. Modo enī hominibus ſuadeo. an
deo. An quero hominibus placē. Si
adhuc hominibus placerem. x̄ ſeru9
non eſſem. Notum enī vobis facio fra-
tres euangeliū qd' euangeliſatum ē
a me. q2 non ē ſcd3 hominem. Neq3
enī ego ab homine accepi illud neq3
didici. ſ3 p reuelationem ihū x̄. Audiſtis
enī conuerſationē meam aliquādo ī
iudaiſmo. qm̄ ſup̄modum p̄ſequebar
eccleſiam dei et expugnabam illam
et proficiebam in iudaiſmo ſup̄ mul-
tos coetaneos meos in genere
meo abundantius emulator exiſtēs
p̄ternarū mearū traditionū. Cū autē
placuit ei qui me ſegregauit ex vte-
ro matris mee. et vocauit p gratiā

ſuam ut reuelaret filiū ſuum in me
ut euangeliſarē illum in gentibus.
continuo non acquieui carni et ſang
uini Neq; veni iheroſolimā ad an
teceſſores meos apoſtolos. ſʒ abyi in
arabiam. et iterum reuerſus ſum
damaſcū Deinde poſt annos tres
veni iheroſolimā vide petrum et mā
ſi apud eū diebus quindecim Aliū
autem apoſtolorū vidi neminē niſi
iacobū frēm domini Que autem
ſcribo vobis. ecce coram deo quia nō
mentior Deinde veni in ptes ſyrie
et cilicie Eram autem ignotus facie
eccleſiis iudee que erant in xº Tm autē
auditū habebāt qm qui pſequebat
nos aliqn. nunc euangelizat fidē
quā aliqn expugnabat et in me cla
rificabant deū Capitulum. ij.
Deinde poſt annos quatuordecī
iterū aſcendi hieroſolimam cū bar
naba aſſumpto et tito Aſcendi autē

ſcd'z reuelationē et contuli cum illis euan
gelium qđ predico in gentibus Seorſū
autem his q̄ videbantur aliquid eē ne
forte in uacuū currerē aut cucurriſſem
Sz neq̄ titus qui mecum erat cū eēt
gentilis compulſus ē circumcidi. ſz pp
t' ſubintroductos falſos frēs q̄ ſubin
troierunt explorare libertatē nrām
quā habemus in xρo ihū ut nos in ſer
uitutem redigerent. quibus neq̄ ad
horā ceſſimus ſubiectioni ut veritas
euāgelij pmaneat apud vos Ab his
autem qui videbant' eē aliquid. ~~nihil~~
quales aliquando fuerint nihil mea
intereſt Deus eñi pſonā hominis nō
accipit Michi eñi qui videbant' eē
aliquid. nihil contulerūt. ſz econtra
cū vidiſſent qꝛ creditū ē m̄ euāgelium
pputij. ſicut et petro circūciſionis Qui
eñi opatus ē m̄ inter gentes Et cum
cognouiſſent grām que data ē m̄.
iacobus et cephas et iohannes. qui

petro in apoſtolatū circūciſionis opatus ē

videbant' columne ee dextras dederūt
m̄ et barnabe ſocietatis ut nos in gen
tes. ipi aūt in circūciſione tantū ut
pauperū memores eſſemus Quod etiā
ſollicitus fui hoc ipm facē Cū autē ve
niſſet petrus anthiochiā. in faciem ei
reſtiti. qꝛ reprehenſibilis erat Prius
eīn qꝫ venirent quidā a iacobo. cū gēti
bus edebat Cū autem veniſſent ſubtra
hebat et ſegregabat ſe timens eos q̇ ex
circūciſione erant. et ſimulationi eius
conſenſerūt ceteri iudei ita ut barnabas
duceretur ab eis in illam ſimulationē
ſꝫ cū vidiſſem qꝛ non recte ambularent
ad veritatem euangelij dixi cephe corā
omnibus Si tu cū iudeus ſis gentilit'
viuis et non iudaice. quō gentes cogis
iudaizare Nos natura iudei et non ex
gentibus peccatores Scientes autē qꝛ
nō iuſtificat' homo ex operibus legis
niſi p fidē Jhū x̄. et nos in x̄ Jhū credi
mus ut iuſtificemur ex fide x̄ et nō ex

opibus legis Propt' qd' ex opibus legis
non iustificabitur oīs caro Qd si querētes
iustificari in x̄o inventi sumus et ipi pec
catores nunquid xpūs pcti minister ē
Absit. Si enī destruxi q̄ iterū hec reedifi
co p̄uaricatorem me constituo Ego enī
p legem legi mortuus sum ut deo vivam
x̄o confixus sum cruci Vivo autem iā
non ego. vivit vero in me xpūs. qd au
tem nunc vivo in carne. in fide vivo
filij dei. q̄ dilexit me et tradidit seipm
p me Non abijcio grām dei Si enī p
legem iusticia ergo gratis xpūs mor
tuus ē Capitulum. iij.

O insensati galathe quis vos fasci
navit nō obedire veritati Añ quorū
oculos xpūs Jhesus proscriptus est
et in vobis crucifixus Hoc solum a
vobis volo dicere ex opibus legis spm
accepistis. an ex auditu fidei. Sic stu
lti estis ut cum spū ceperitis nunc
carne consummamini Tanta passi

estis sine causa. si tn̄ sine causa. Qui
ergo tribuit vobis spm̄ et opatur virtutes
in vobis. ex opibus legis an ex auditu
fidei. sicut scriptū ē Abrahā credidit
deo. et reputatū ē illi ad iusticiā Cog
noscite ergo qȝ q̇ ex fide sunt hii sunt
filii abrae Providens autem scriptura
qȝ ex fide iustificat gentes deus. pre
nunciavit abrae. qȝ bn̄dicentur in te
oēs gentes Igitur qui ex fide sunt bndi
centur cū fideli abrahā Quicumqȝ eñ
ex opibus legis sunt. sub maledicto sunt
scriptum ē eñ Maledictus omnis qui
nō pmanserit in omnibus que scripta
sunt in libro legis. ut faciat ea qm̄ au
tem in lege nemo iustificatur apud deū
Manifestū ē qȝ iustus ex fide vivit
Lex autem nō ē ex fide. sȝ qui fecerit ea
vivet in illis Cristus nos redemit de
maledicto legis factus pro nobis ma
ledictum qȝ scriptum ē Maledictus oīs
q̇ pendet in ligno ut in gentibus bn̄

dicte abrahe fieret in x̄ ihū ut pollici
tationē ſpūs accipiamus p fidē Fratres
ſcd'm hominē dico. tn̄ hominis confirma
tū teſtamentum nemo ſpnit aut ſup
ordinat Abrae dicte ſunt promiſſiōes
et ſemini eius Non dicit. et ſeminibꝰ
quaſi in multis. ſz quaſi in vno et ſe
mini tuo qui ē xpūs Hoc autē dico
teſtamentū confirmatū a deo que pꝰ
q̄dringentos et triginta annos facta
ē lex non irritū facit ad euacuandū
promiſſionem Nam ſi ex lege heredi
tas iā nō ex promiſſione Abrae aūt
p repromiſſionem donauit deus Qd
igit' lex Ppt' tranſgreſſionē poſita ē
donec veniret ſemen cui promiſerat
ordinata p angelos in manu medi
atoris. Mediator autē vnius nō eſt.
deus aūt vnus ē Lex ergo aduerſꝰ
promiſſa dei Abſit. Si enī data eēt
lex que poſſet viuificare vere ex lege
eēt iuſticia. Sz concluſit ſcriptura

omnia ſub pc̃o vt promiſſio ex fide Ihũ
x̃ daretur credentibus Prius autẽ q̃
veniret fides ſub lege cuſtodiebamur. con
cluſi in eam fidem que reuelanda erat
Itaq; lex pedagogus nr̃ fuit in x̃o vt ex
fide iuſtificemur. At vbi venit fides. iã nõ
ſumus ſub pedagogo Omnes enĩ filij dei
eſtis p fidem que ẽ in x̃o Ihũ Quicunq;
enĩ in x̃o Ihũ baptiſati eſtis xpm̃ indu
iſtis Non ẽ iudeus neq; grecus. nõ ẽ ſer
uus neq; liber. nõ ẽ maſculus neq; fe
mina Omnes enĩ vos vnũ eſtis in x̃o Ihũ
Si autem vos x̃i. ergo ſemen abrae ſcdm̃
promiſſionẽ heredes. Capitulũ. iiij.

Dico autẽ Quanto tempore heres p
uulus ẽ nihil differt a ſeruo cũ ſit dñs
omniũ. ſz ſub tutoribus et actoribus eſt
uſq; ad prefinitum tempus a pr̃e Ita
et nos cũ eſſemus paruli ſub elementis
mundi eramus ſeruientes At ubi ve
nit plenitudo temporis miſit d̃s filium
ſuũ factũ ex muliere. factũ ſub lege. ut

eos q̄ ſub lege erāt redimeret ut ad
optionem filioꝝ reciperemus Quoniā
autē eſtis filii dei miſit deus ſpm̄ filii
ſui in corda vr̄a clamantē abba pater
Itaqꝫ iā non ē ſeruus ſꝫ filius Q̄ꝫ ſi fi
lius et heres p deum. Sꝫ tunc q̄dem
ignorantes deum his q̄ natura non
ſunt dii ſeruiebatis Nunc autē cū cog
noueritis deū. immo cogniti ſitis a deo.
q̄mō conuertimini iterū ad infirma et
egena elementa quib⁹ denuo ſeruire
vultis Dies obſeruatis et menſes et
tempora et annos Timeo vos. ne for
te ſine cauſa laboraueriꝫ in uobis
Eſtote ſicut ego. quia et ego ſicut vos
Fr̄es obſecro vos. nihil me leſiſtis Sciti
autem q̄ꝛ p infirmitatem carnis euā
gelizaui uobis iāpridē et temptationē
vr̄am in carne mea non ſpreuiſtis ne
qꝫ reſpuiſtis. ſꝫ ſicut angelum dei exce
piſtis me ſicut xp̄m ih̄m Ubi ē ergo
beatitudo vr̄a Teſtimonium enī phi

beo vobis. qz ſi fieri poſſz oculos veſtros
eruiſſetis et dediſſetis m̄ Ergo inimicus vobis
vos factus ſum verum dicens vobis
Emulantur vos non bn̄. ſz excludere vos
volunt. ut illos emulemini Bonū au
tem emulamini in bono ſemp. et nō
tm̄ cum pſens ſum apud vos Filioli mei quos
iterum parturio donec formetur xp̄us
in vobis Vellem autem eē apud vos
modo et mutare vocem meam qm̄ con
fundor in vobis Dicite m̄ q̄ ſub lege
vultis eē legem nō legiſtis Scriptum
ē enim qm̄ abraā duos filios habuit. unū
de ancilla et unū de libera Sz q̄ de ancil
la ſcd'm carnē natus ē. q̄ autem de libera
p repromiſſionem q̄ ſunt p allegoriā
dicta Hec enim ſunt duo teſtamenta
Unū quidē in monte ſyna in ſeruitutē
generans q̄ ē agar Syna enim mons ē
in arabia q̄ coniunctus ē ei. q̄ nunc eſt
hieruſalem et ſeruit cū filiis ſuis Illa
autem q̄ ſurſum ē hieruſalē libera eſt

que ē mat' nr̄a ſcriptum ē em̄ Letare ſterilis
que non paris. erumpe et clama que nō
parturis. qꝛ multi filij deserte magis q̄
eius q̄ habet virum Nos autem fr̄es
ſcd̄ȝ yſaac promiſſionis filij ſumus. Sȝ
quomodo tunc is q̄ ſcd̄m ſpm̄. ita et nūc
Sȝ quid dic̄ ſcriptura Ejice ancillam
et filiū eius. Non em̄ heres erit filius
ancille cū filio libe. Itaqȝ fr̄es non ſum⁹
ancille filij ſȝ libe qua libertate nos xp̄s
liberauit Capitulū . v.

State et nolite iterū iugo ſeruitutis
contineri Ecce ego paulus dico vobis
quoniam ſi circūcidamini xp̄us vobis
nihil proderit Teſtificor aūt rurſus
om̄i hoī circumcidenti ſe. qm̄ debitor eſt
vniuerſe legis faciende Euacuati eſtis
a xp̄o q̄ in lege iuſtificamini a gr̄a excidiſtis
Nos em̄ ſpū ex fide ſpem iuſticie exſpec
tamus Nā in xp̄o neqȝ circumciſio aliq̄d
valet neqȝ prepucium ſȝ fides que per
caritatem opatur Currebatis bn̄ q̄s

carnē natus fuerat pſequebat' eū q̄ ſcd̄m

vos impediuit veritati nō obedire? Ne
mini consenseritis. Ꝑsuasio hec non est
ex eo q̄ vocat vos. Modicum fermentum
totam massam corrumpit. Ego confido
in vobis in domino qꝫ nihil aliud sapiet'
Qui autem conturbat vos portabit iu
diciū quicumqꝫ ē ille. Ego autem fratres
si circumcisionem adhuc predico. quid
adhuc ꝑsecutionem patior. Ergo eua
cuatū ē scandalum crucis. Utinam ab
scindantur qui vos conturbant. Vos
eñ in libertatem vocati estis frēs. tm̄
ne libertatem in occasionem detis car
nis. sꝫ ꝑ caritatem spūs seruite inuicē
Omnis eñ lex in uno sermone im-
pletur. diliges proximum tuū sicut
te ipm. Qꝫ si inuicem mordetis et co
ditis. videte ne ab inuicem consum
mamini. Dico autem in xº Spū am
bulate et desideria carnis non ꝑficie-
tis. Caro eñ concupiscit aduersus
spm̄. spūs autem aduersus carnem

Hec em̄ sibi inuicem aduersant᷑. ut nō
quecumq̄ uultis illa faciatis. Quod si spū
ducimini. non estis sub lege. manifesta
sunt autem opa carnis. que sunt for
nicatio. inmundicia. inpudicicia. lux
uria. idolo᷑ seruitus. veneficia inimi
citie. contentiones. emulationes. ire.
rixe. dissensiones secte inuidie. homi
cidia. ebrietates comesationes. secte in
uidie. h et his similia que predico uo
bis sicut predixi. qm̄ qui talia agūt
regnum dei non consequentur. Fruct⁹
autem spūs ē caritas. gaudiū pax
paciencia. benignitas. bonitas. lon
ganimitas. mansuetudo. fides. mo
destia. continencia. castitas. Aduer s⁹
huiusmodi non ē lex. Qui autem
sunt x̄ carnem suam crucifixerunt
cum viciis et concupiscentiis. Capi. vi.
Si spū viuimus. spū ambulem⁹
Non efficiamur inanis glorie cupidi.
inuicem prouocantes. inuicem inu

dentes. fratres ſi preoccupatus homo
fuerit in aliquo delicto vos qui ſpūa-
les eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpū
lenitatis. conſiderans teipm̄. ne et tu
tenteris Alter alterius onera portate.
et ſic adimplebitis legem xp̄i. Nam ſi
quis exiſtimat ſe aliquid eē cum nihil
ſit. ipē ſe ſeducit. Opus autem ſuū
probet vnuſquiſqz. et ſic in ſemetipo
tantū gloriam habebit et non in alte
ro Vnuſquiſqz enī onus ſuum porta
bit Cōmunicet autem is q̄ cathezizat
v̄bo ei q̄ ſe cathezizat in omnibus bo
nis. Nolite errare. deus non irridetur
Que enī ſeminauerit homo. hec et me
tet quoniam ſeminat q̄ in carne ſua.
de carne et metet corruptionem qui
autem ſeminat in ſpū de ſpū metet
vitam eternam Bonū autem facie
tes non deficiamus. tempore enī ſuo
non metemus non deficientes Er
go dum tempus habemus opere-

mur bonum ad omnes. maxime autem
ad domesticos fidei Uidete qualibus
litteris scripsi vobis mea manu Qui-
cumque volunt ei placere in carne. hi
cogunt vos circumcidi. tantum ut cru
cis xpi persecucionem non paciantur Neque
enim qui circumciduntur legem custo-
diunt. sed volunt vos circumcidi. ut
in carne vestra glorientur Michi au-
tem absit gloriari. nisi in cruce domini nostri
Ihu xpi. per quem michi mundus crucifixus
est et ego mundo In xpo enim Ihu neque cir-
cumcisio aliquid valet neque preputi-
um. sed noua creatura Et quicumque
hanc regulam secuti fuerint. pax super
illos. et misericordia et super israel dei
De cetero nemo michi molestus sit Ego
enim stigmata domini Ihu in corpore
meo porto. Gratia domini nostri Ihu xpi
cum spiritu vestro fratres amen. Explicit
epistola pauli ad galathas. Inci-
pit argumentum in epistola ad ephesios

Ephesy sunt asiam Hi accepto
v̄bo v̄itatis p̄stiterunt in fide
Hos collaudat apostolus.
scribens eis ab vrbe roma de carcē per
Thychicū diaconū Explicit argumē-
tum. Incipit epistola pauli ad ephe

Paulus aposto ¶ Ephes. i.
lus ihū xp̄i voluntatem
dei. omnibus s̄cis q̄ sūt
ephesi. et fidelibus in xp̄o
ihū Grā vobis et pax
a deo p̄re nr̄o domino ihū xp̄o Benedic
tus deus et pat̄ domini nr̄i ihū xp̄i qui
benedixit nos in omni b̄ndictione
sp̄ūali in celestibus in xp̄o. sicut elegit
nos in ip̄o ante mundi constitutio-
nem ut essemus sancti et inmacu
lati in consp̄c̄u eius in caritate Qui
p̄destinauit nos in adoptionem
filior̄ p̄ iesum xp̄m in ip̄m s̄c̄d̄ʒ p̄po
situm voluntatis sue in laudem gl̄e
gr̄e sue. in qua gratificauit nos in

dilecto filio ſuo in quo habemus redemp-
tionem p̄ ſanguinē eius remiſſionem
pctõꝝ ſcđꝫ diuitias grĩe eius que ſupa-
bundauit in nobis in oĩ ſapiencia et pru-
dentia. ut notum faceret nobis ſacra-
mentum voluntatis ſue ſcđꝫ bñplacitū
eius quod propoſuit in eo in diſpenſa-
tione plenitudinis tempoꝝ inſtaurare
omnia ĩ xᵒ que in celis et q̄ in terra ſunt
in ipo. In quo etiam nos ſorte vocati
ſumus predeſtinati ſcđm propoſitum
eius qui opatur oĩa ſcđm conſilium
voluntatis ſue. vt ſimus in laudem
glorie eius. nos qui ante ſperauimꝰ
in xᵒ In quo et vos cū audiſſetis v̄bū
v̄itatis euangelium ſalutis vr̄e in quo
et credentes ſignati eſtis ſpū promiſ-
ſionis ſancto. qui ē pignus hereditatiſ
nr̄e in redēptionem acquiſitionis in
laudē glorie ipſius Propterea et ego au-
diens fidem vr̄am que ē in xᵒ ihū et
dilectionem in oĩs ſanctos. nō ceſſo

grãs agens pro vobis memoriam
vrĩ faciens in orationibus meis. vt
deus domini nrĩ Jhũ x̃ pat' glorie
det vobis ſpm̃ ſapientie et reuelatiõis
in agnitionem eius illuminatos ocu
los cordis vrĩ ut ſciatis que ſit ſpes
vocationis eius. et que diuitie glorie
hereditatis eius in ſcĩs Et que ſit ſupe
m ueniens magnitudo virtutis eius in
nos q̃ credimus ſcd̃m operationẽ poten
tie virtutis eius quam operatus ẽ in
x̊ ſuſcitans illum a mortuis. et conſti
tuens ad dexteram ſuam in celeſtibus
ſup̃ omnem principatũ et p̃tatem et
virtutem et dominationem. et om
ne nomen quod nominatur non ſo
lum in hoc ſeculo. ꝫ etiam in futuro.
et oĩa ſubiecit ſub pedibus eius Et
ipm̃ dedit caput ſup̃ omnẽ eccleſiam
que ẽ corpus ipſius et plenitudo eius.
qui omnia in omnibus adimpletur. .ii.
Et vos conuiuificauit cum eſſe

tis mortui delictis et pc̄is vr̄is in q̄b⁹
aliquando ambulastis secundum se
culum mundi huius. secundū p̄ncipē
p̄tatis aeris huius. spūs q̄ nunc opat᷑
in filios diffidentie. in q̄bus et nos
oms aliquando conuersati sumus
in desideriis carnis nr̄e facientes vo
luntatem carnis et cogitacionū. et
eramus natura filii ire sicut et ceteri
Deus autē qui diues ē in mīa ꝑpt' ni
miā caritatem suam qua dilexit nos
et cū essemus mortui pccīs. conuiuifica
uit nos in xº. cui⁹ grā estis saluati et
conresuscitauit et consedē fecit in celes
tibus in xº ihū vt ostenderet in seculis
superuenientibus abundantes diuitias
grē sue in bonitate sup nos in xº ihū
Gra enī estis saluati p fidem. et hoc
non ex vobis Dei enī donū ē nō ex
operibus. vt ne quis glorietur Ipsius
enī sumus factura creati in xº ihū i
operibus bonis. que preparauit ds

ut in illis ambulemus. Propter quod
memores estote quod aliquando vos qui gentes
eratis in carne qui dicebamini preputium
ab ea que dicitur circumcisio in carne
manufacta. quia eratis illo tempore sine
xpo alienati a conuersatione israel et
hospites testamentorum promissionis
spem non habentes et sine deo in hoc
mundo. Nunc autem in xpo ihu vos qui
aliquando eratis longe. facti estis
prope in sanguine xpi. Ipse enim est pax nostra
qui fecit utraque unum et medium
parietem macerie soluens inimici-
tias in carne sua. legem mandatorum
decretis euacuans. ut duos condat
in semetipso in uno nouo homine fa-
ciens pacem. ut reconciliet ambos
in uno corpore deo per crucem interfici-
ens inimicitias in semetipso. et ue-
niens euangelizauit pacem vobis
qui longe fuistis. et pacem his qui
prope. quoniam per ipsum habemus ac-

ceſſum ambo in vno ſpū ad prēm
Ergo iam non eſtis hoſpites et adue
ne. ſꝫ eſtis ciues ſanctoꝝ et domeſtici
dei. ſup edificati ſup fundamentū ap
aplõꝝ et prophetarū ipõ ſummo an
gulari lapide xᵒ Jhū. in quo omnis edi
ficatio conſtructa creſcit in templū
ſcm̄ in domino In quo et vos coedi
ficamini in tabernaculum dei in
ſpū ſancto Capitulum. iij.
Huius rei grā ego paulus vinctus
xᵒ Jhū pro vobis gentibus. ſi tamē
audiſtis diſpenſationem gratie dei
que data ē m̄ in vobis. qm̄ ſecundū
reuelationem notum m̄ factū ē ſa
cramentum ſic̄ ſup̄ ſcripſi in breui
prout poteſtis legentes intelligē
prudentiam meam in miniſterio
xᵒ. qd̄ alijs generationibus nō eſt
agnitum filijs hominū. ſicuti nūc
reuelatum ē ſcīs aplis et pphetis
in ſpū. eē gentes coheredes et conco

p̄ales et cōparticipes promissionis in xp̄o
ihū p euangelium. cuius factus sum
ego minister secundum donū gr̄e dei q̄
data ē michi secundū opationē virtutis
eius. m̄ enī omnium scōꝝ minimo data ē
gr̄a hec in gentibus euangelisare in
uestigabiles diuitias xp̄i et illuminare
om̄s q̄ sit dispensacio sacramenti ab
sconditi a seculis in deo qui omnia crea
uit ut innotescat principatibus et
potestatibus in celestibus p ecclesiam
multiformis sapientia dei scd̄m p̄fina
cionē seculoꝝ quam fecit in xp̄o ihū dn̄o
nr̄o. in quo habemus fiduciam et ac
cessum in confidentia p fidem eius
Propter qd̄ peto ne deficiatis in tribulati
onibus meis pro uobis q̄ ē gloria vr̄a
Huius rei gr̄a flecto genua mea ad
prēm domini nr̄i ihū xp̄i ex quo om̄is
paternitas in celis et in terra noīatur
ut det uobis scd̄m diuicias glorie sue
virtutem corroborari p spm̄ eius in

interiori homine xp̄m habitare per fidē in
cordibus vr̄is in caritate radicati et
fundati vt possitis comp̄hendē cum
omnibus scī̄s que sit latitudo et longi
tudo et sublimitas et profundū Scire
eciam supeminentem sciencie caritatē
xp̄i. vt impleamini in omnem plenitu
dinem dei Ei autem qui potens est
omnia facē supabundant' q̄ꝫ petim⁹
aut intelligimus scd̄m virtutem que
operatur in nobis. ipī gloria in eccle
sia et in xp̄o Ih̄u in omnes generatioēs
seculi seculoꝝ Amē Capitulum. iiij.
Obsecro itaqꝫ vos ego ꝑ vinctus
in dn̄o. vt digne ambuletis vocatioē
qua vocati estis. cū omni humilita
te et mansuetudine cū paciencia
supportantes inuicem in caritate
Solliciti seruāe vnitatem sp̄ūs in
vinculo pacis. Vnū corpus et vnus
sp̄ūs. sicut vocati estis in vna spe
vocationis vr̄e. Vnus dominus vna

fides . vnū baptiſma Unus deus et pr̄
omnium qui ſup omnes et pomnia et in
omnibus nobis Vnicuiq; autem nr̄m
data ē gr̄a ſecūdū meſuram donationis
x̄ ppt' quod dicit Aſcendēs in altū cap-
tiuitatem duxit captiuitatem dedit dona homi
nibus Qd autem aſcendit quid ē niſi qr
et deſcendit p̄mū in inferiores partes
terre Qui deſcendit . ipſe ē et qui aſcendit
ſup oms celos vt adimpleret oīa Et ipſe
dedit quoſdā q̄dem apoſtolos quoſdam
autem pphetas. alios vo euangeliſtas.
alios autem paſtores et doctores ad con
ſūmationē ſctoꝝ in opus miniſterij in edi
ficationem corporis x̄. donec occurram9
oms in vnitatem fidei et agnicionis
filij dei in virū pfectum. in menſuram
etatis plenitudinis x̄. vt iā nō ſimus
puuli fluctuantes. et circumferamur
omni vento doctrine in nequicia homi
nū. in aſtutia ad circumuentionem er
roris Veritatem autem facientes in

caritate crescamus in illo p omnia q̄ e
caput xpūs ex quo totum corpus com
pactum et cōnexū p omnem iuncturā
~~am~~ subministrationis secundū ope-
racionem in mensuram uniuscuiusq̄
membri augmentū corporis facit.
in edificatione sui in caritate. Hoc
igitur dico et testificor in domino. ut
iam nō ambuletis sicut et gentes am
bulant in vanitate sensus sui tene
bris obscuratum hn̄tes intellectū ali
enati a via dei p ignoranciam quee
in illis ppt cecitatem cordis ipo͞r. q̄ des
perantes semetipsos tradiderunt im
pudicitie omnis in avariciam. Vos
autem non ita didicistis xpm̄. si tamē
illum audistis et in ipo edocti estis sic
ē veritas in Ihū. Deponite vos scd̄m
pristinam conservationem veterem
hominem qui corrumpitur scd̄m de
sideria erroris. Renovamini autem
spū mentis vr̄e et induite novū hom

in operationem immūdicie

nem q̄ ſcd̄z deum creatus ē in iuſticia
et ſanctitate veritatis Propt' qd̄ depo
nentes mendaciū loq̄mini veritatem
vnuſquiſq; cū proximo ſuo. q̄m ſum9
inuicem membra Iraſcimini et nolite
peccare Sol non occidat ſup iracundi
ā v̄ram Nolite locum dare dyabolo
Qui furabatur iam non furetur
magis autem laboret operando ma
nibus ſuis qd̄ bonū ē. vt habeat vn̄ tri
buat neceſſitatem patienti Omnis
ſermo malus ex ore vr̄o non procedat
ſ; ſi quis bonus ad edificationē fidei.
vt det graciam audientibus Et noli
te contriſtare ſpm̄ ſcm̄ dei in quo ſigna
ti eſtis in die redemptionis Omnis a
maritudo et ira et indignatio et clamor
et blaſphemia tollatur a vobis cū oī
malicia Eſtote autem inuicē benigni
miſericordes donantes inuicē ſicut et
deus in xp̄o donauit vobis Capitulū .v.
Eſtote ergo imitatores dei ſicut filii cariſſi

in et ambulate in dilectione ſicut et xp̄us
dilexit nos et tradidit ſemetipm̄ pro no
bis oblationem et hoſtiam deo in odorē
ſuauitatis|fornicatio autē et|omnis in
mundicia aut auaritia nec nominetur
in vobis ſicut decet|ſanctos. aut turpi
tudo. aut ſtultiloquiū. aut ſcurrilitas
que ad rem nō pertinet|ſ; magis grāx
actio Hoc enī ſcitote intelligentes q̄ oīs
fornicator. aut immundus aut auarus
qd̄ ē ydolorum ſeruitus non habet heredi
tatem in regno x̄ et dei Nemo vos ſe
ducat inanibus v̄bis. ppt̄ hec enī ve
nit ira dei in filios diffidentie Nolite
ergo effici participes eorum. Eratis enī
aliquando tenebre nunc autem lux i
domino Ut filij lucis ambulate Fructus
enī lucis ē in omni bonitate et iuſtitia
et veritate Probantes quid ſit benepla
citum deo Et nolite communicare operi
bus infructuoſis tenebrarū. magis
autem redarguite Que enī in occulto

ſiunt ab ipis. turpe ē et dicē. Omnia
aūt que arguūtur a lumine manifeſ
tant. Omne eñ qd manifeſtatur lu
men ē. Pꝛopter qd dicit. Surge qui dor
mis. et exurge a mortuis. et illumi
nabit te xp̄us. Videte itaq; fr̄es quo
modo caute ambuletis. non quaſi in
ſipientes ſ; ut ſapientes redimentes
tempus. quoniam dies mali ſunt. Pro
terea nolite fieri imprudentes. ſ; intel
ligentes que ſit voluntas dei. Et nolite
inebriari vino in quo ē luxuria. ſ; i
plemini ſpū ſcō. loquentes in vobiſ
metipſis in pſalmis. hymnis. et canticis
ſpiritualibus. cantantes et pſallentes
in cordibus vr̄is dño. gr̄as agentes
ſemp pro omnibus in nomine domini
nr̄i Ihū xp̄i deo et pr̄i. Subiecti inuicē
in timore xp̄i. Mulieres viris ſuis ſub
dite ſint ſicut domino. qm̄ vir caput
eſt mulieris. ſicut xp̄us caput eccle
ſie. ipē ſaluator corporis eius. Sz

ſicut ecclesia ſubiecta ē xº. ita et mulie
res viris ſuis in omnibus Viri dili
gite uxores vr̃as. ſicut et xp̄us dilex
it ecclesiam. et ſeipſū tradidit pro ea
ut illam ſanctificaret mundans eā
lauacro aque in v̄bo vite et exhiberet
ipe ſibi glorioſam ecclesiam non habētē
maculam aut rugam aut aliquid
huiuſmodi ſ; ut ſit ſancta et immacula
ta Ita et viri debent diligere uxores
ſuas ut corpora ſua. Qui ſuam ux
orem diligit. ſe ipm̄ diligit Nemo em̄
unq̄ carnem ſuam odio habuit. ſ;
nutrit et fouet eam ſicut et xp̄us ec
cleſiam qr membra ſumus corpis ei9
de carne eius et de oſſibus eius ppt̄ h°
relinquet homo prēm et matrem ſuā.
et adherebit uxori ſue. et erunt duo
in carne una. Sacramentū hoc mag
nūm ē Ego autem dico in xº et in eccle
ſia Verumtamen et vos ſinguli un
unuſquiſq; uxorem ſuam ſicut ſeipm̄

diligat. uxor autem timeat virum ſuū

Filij obedite parentibus. Capi. vj.
v(est)ris in domino hoc enī iuſtum eſt
Honora prēm tuū et matrem tuam
q(uo)d ē mandatum p(ri)mum in promiſſio
ne vt bñ ſit tibi. et ſis longeuus ſup
terram Et vos p(at)res nolite ad iracū
diam prouocare filios v(est)ros. ſ(ed) educa
te illos in diſciplina et correctione do
mini. Serui obedite dn̄is carnalibus
cum timore et tremore. in ſimplicitate
cordis v(est)ri ſicut x(rist)o. non ad oculum
ſeruientes quaſi hominibus placentes
ſ(ed) ut ſerui x(rist)i facientes voluntatem
dei ex animo cum bona voluntate
ſeruientes ſicut domino. et non ho-
minibus ſcientes qm̄ vnuſquiſq(ue)
quodcumq(ue) fecerit bonum hoc recipi-
et a domino ſiue ſeruus ſiue liber
Et vos eadem domini facite illis re-
mittentes minas. ſcientes quia et
illor(um) et veſt(er) dominus ē in celis. et

pſonarum acceptio non ē apud deum
De cetero fratres confortamini in dn̄o
et in potencia virtutis eius Induite
vos armaturam dei ut poſſitis ſtare
aduerſus inſidias dyaboli. qm̄ non eſt
nobis colluctacio aduerſus carnem et
ſanguinem. ſꝫ aduerſus principes et
ptates aduerſus mundi rectores tenebra
rum harū contra ſpūalia nequitie in
celeſtibus. ppterea accipite armaturam
dei. ut poſſitis reſiſtē in die malo et in
omnibus pfecti ſtare. State ergo ſuccīc
ti lumbos vr̄os in veritate et induti
loricam iuſticie et calciati pedes in pre
paracionem evangelii pacis In omībꝫ
ſumentes ſcutum fidei in quo poſſitis
omnia tela nequiſſimi ignea extinguē.
et galeam ſalutis aſſumite et gladiū
ſpūs qd ē vbum dei p omnem oracionē
et obſecracionē orantes omni tempore
in ſpū et in ipō vigilantes in omni in-
ſtancia et obſecracione pro omnibus

ſuis et pro me ut detur m̄i ſermo in apertiõe
oris mei cum fiducia notũ facere miſte-
rium euangelij pro quo legatione fungor
in cathena iſta. ita ut in ipõ audeam
prout oportet me loqui Ut autem et
vos ſciatis que circa me ſunt. quid agã.
omnia vobis nota faciet tythicus cariſ-
ſimus frater et fidelis miniſter in dño
quem miſi ad vos in hoc ipm̃ ut cog-
noſcatis que circa nos ſunt et conſolet
corda vrã Pax fratribus et caritas cũ
fide a deo prẽ nrõ et domino Ihũ xõ Gra-
cia cũ omnibus q̃ diligunt dominũ nr̃m
Ihm̃ xp̃m in corruptione Amen Expli-
cit epl̃a pauli ad epheſios. ¶ Incipit
argumentum in eplãm ad philippẽſes

Philippenſes ſunt macedones
Hi accepto ṽbo ṽitatis perſti-
terunt in fide. nec receperunt
falſos apoſtolos Hos collaudat apoſto-
lus ſcribens eis aroma de carcere p̄ epa-
phroditum. Explicit argumentũ :—

Incipit epl'a pauli ad philippenses .j.

P Aulus et timotheus
ſerui Jhu xpi omnibus
ſcis in xpo Jhu qui ſut
philippis cum epis et
diaconibus Gra vo
bis et pax a deo patre nro et domino Jhu
xpo Gras ago deo meo in omni me
moria vra ſemp in cunctis ~~ns~~ oronib9
meis pro omnibus vobis cum gaudio
deprecationem faciens ſup comunicatione
vra in euangelio xpi a pma die uſq
nunc confidens hoc ipm quia q cepit
vobis opus bonum pficiet uſq in die
xpi Jhu Sicut eſt mi iuſtu hoc ſentire p
omnibus vobis eo q habeam vos i
corde et in vinculis meis et in defenſi
one et confirmatione euangelij ſocio9
gaudij mei omnes vos ee Teſtis enim
mi e deus quo cupiam omnes vos ee
in viſceribus Jhu xpi Et hoc oro. ut
caritas vra magis ac magis abundet

in omni ſciencia et in omni ſenſu. ut pro-
betis potiora ut ſitis ſinceres et ſine offen-
ſa in diem xpi repleti fructu iuſticie per Jhm
xpm in gloriam et laudem dei. Scire
aut volo vos fratres quia que circa me ſunt
magis ad profectum venerunt euange-
lii. ita ut vincula mea manifeſta fierent
in xpo in omni pretorio et in ceteris omni-
bus. ut plures e fratribus in domino con-
fidentes in vinculis meis abundancius
auderent ſine timore verbum dei loqui. Qui-
dam quidem propter inuidiam et contenci-
onem. quidam autem et propter bonam vo-
luntatem xpm ~~non~~ predicant. Quidam
ex caritate. ſcientes quoniam in de-
fenſione euangelii poſitus ſum.
Quidam autem ex contencione
xpm annunciant non ſincere. exiſti-
mantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis
meis. Quid enim. Dum omni modo ſiue
per occaſionem ſiue per veritatem xpus
annunciatur. et in hoc gaudeo. ſed et

gaudebo. Scio em̄ q; hoc m̄ proueniet
ad ſalutem p veſtram orationem et ſu-
miniſtrationē ſpūs ihū x̄ ſecundum exſpec-
tationem et ſpem meam. q; in nullo
confundar. ſ; in omni fiducia ſicut ſem-
per et nunc magnificabitur xp̄us in corpe
meo ſiue p vitam ſiue p mortem. Mihi
em̄ viuere xp̄us ē. et mori lucrum. Qd ſi
viuere in carne. hic m̄ fructus opis eſt
et quid eligam ignoro. coartor autem
e duobus deſiderium hn̄s diſſolui et
ēē cum x̄. multomagis melius pmanē
autem in carne neceſſarium ppt vos.
Et hoc confidens ſcio quia manebo et
pmanebo omnibus vobis ad pro-
fectum vr̄m et gaudium fidei. vt
gratulatio vr̄a abundet in x̄ ihū
in me. p meū aduentum iterum
ad vos. Tantum digne euangelio x̄
conuerſamini. ut ſiue cū venero et videro
vos ſiue abſens audiam de vobis quia
ſtatis in vno ſpū vnanimes collaborātes

fidei euangelij et in nullo terreamini ab ad-
uerſarijs que ē in illis cauſa pditionis.
vobis autem ſalutis Et hoc a deo Quia
vobis donatum ē pro xp̄o non ſolum vt
in eum credatis. ſʒ vt etiam pro illo pa-
tiamini . idem certamen habentes quale
et vidiſtis in me et nunc audiſtis de me
Si qua ergo conſolatio in x̄. Capi. ij.
ſi quod ſolatiū caritatis ſi qua ſocietas
ſpūs. ſi qua viſcera miſerationis im-
plete gaudium meum vt idem ſapia-
tis eandem caritatem habentes. vna-
nimes. idipm̄ ſentientes. Nihil p con-
tentionem neqʒ p inanem gloriam. ſʒ
in humilitate ſuperiores ſibijnuicem
arbitrantes. non que ſua ſunt ſinguli
conſiderantes ſʒ ea que aliorꝝ Hoc enī
ſentite in vobis quod et in x̄ Jhū Qui
cum in forma dei eēt. non rapinam
arbitratus ē eē ſe equalem deo ſʒ ſemet
ipm̄ exinaniuit formam ſerui accipi-
ens in ſimilitudinem hominum factꝰ
et habitu inuentus vt hō humiliauit ſemetipm̄ factꝰ.

obediens uſque ad mortem. mortem au-
tem crucis Propter quod et deus exaltavit
illum. et donavit illi nomen quod est ſuper
omne nomen. ut in nomine Ihesu omne
genu flectatur. celeſtium terreſtrium. et
infernorum et omnis lingua confiteatur
quia dominus iheſus chriſtus in glori-
a est dei patris Itaque cariſſimi mei ſemper
ſicut obediſtis. non in preſentia mei
tantum ſed multomagis nunc in abſenti-
a mea cum metu et tremore veſtram ſalutem
operamini Deus est enim qui operatur in
vobis et velle et perficere pro bona vo-
luntate Omnia autem facite ſine
murmurationibus et heſitationibus
ut ſitis ſine querela et ſimplices filii
dei ſine reprehenſione in medio natio-
nis prave et perverſe. inter quos lucetis
ſicut luminaria in mundo. verbum vite
continentes ad gloriam meam in die
christi. quia non in vacuum cucurri. neque in
vacuum laboravi. Sed et ſi emulor ſuper

ſacrificium et obſequium fidei vr̄e. gaudeo
et congratulor omnibus vobis Idipm̄
autem et vos gaudete et congratulami
michi. Spero autem in domino Ihū Ti
motheū me cito mittē ad vos. vt et ego
bono animo ſim cognitis que circa vos
ſunt Neminem em̄ habeo tam vnam
mē qui ſincera affectione pro vobis
ſollicitus ſit Omnes em̄ que ſua ſunt
querunt. non que Ihū x̄ Experimen
tum eius cognoſcite. quoniam ſicut
patri filius mecum ſeruiuit in euan
gelio Hunc igitur ſpero me mittē ad
vos mox vt videro circa me ſunt Con
fido autem in domino. quoniam et ipſe
veniam ad vos cito Neceſſariū autem
exiſtimaui epaphroditum fratrem et co
operatorem et commilitonem meum
veſtrum autem apoſtolum et miniſtrū
neceſſitatis mee. mittē ad vos quoniā
quidem omnes vos deſiderabat. et
meſtus erat propterea qꝫ audieratis illū

infirmatum Nam et infirmatus ē uſqꝫ
ad mortem ſꝫ deus miſertus ē eius Non
ſolum autem eius. verum etiam et mei.
ne triſticiam ſup triſticiam haberem Feſti
nantius ergo miſi illum ~~viſo~~ ut viſo illo
iterum gaudeatis. et ego ſine triſticia ſim
Excipite itaqꝫ illum cum omni gaudio
in domino et eiuſmodi cum honorē habe
tote. quoniam ꝓpt opus xᵖi uſqꝫ ad mor
tem acceſſit. tradens animam ſuam ut
impleret id quod ex vobis deerat erga
meum obſequium Capitulū. iij.
De cetero fratres mei gaudete in dn̄o
eadem vobis ſcribere m̄ quidem non
pigrum. vobis autem neceſſarium Vi
dete canes. videte malos operarios. vide
te conciſionem. Nos enī ſumus circūci
ſio q̄ ſpū ſervimus deo. gloriamur in
xᵖo ihū. et non in carne fiduciam hn̄tes
q̄ꝫ ī eo et ego habeam confidentiam in car
ne ego magis circumciſus octavo die ex
vacat gene' iſrael de tribu beniamin. hebreus

fiduciam hn̄tes. q̄ꝫ q̄ꝫ et ego habeam confi-
dentiam in carne. Si quis alius videtur
confidē in carne ego magis circumciſus oc-
tauo die ex genē iſrael de tribu beniamī.
hebreus ex hebreis. ſecundū legem pha-
riſeus. ſecundū emulationem ꝑſequens
eccleſiam dei. ſecundum iuſticiam que in
lege ē conuerſatus ſine querela. Sꝫ que
michi fuerunt lucra. hec arbitratus ſum
ꝑpt̄ xp̄m detrimenta. Verumtamen exiſ-
timo omnia detrimentum ēē ꝑpt̄ emi-
nentem ſcientiam ihū x̄ dn̄i mei. ꝑpt̄
quem omnia detrimentum feci. et arbi-
tror ut ſtercora ut xp̄m lucrifaciam ut
inueniar in illo non habens meū iuſticiā
que ex lege ē. ſꝫ illam que ex fide ē x̄ ihū ex
deo ē iuſticie in fide ad cognoſcendum il-
lum. et uirtutem reſurrectionis eius et
ſocietatem paſſionis illius configuratus
morti eius. ſi quo modo occurram ad
reſurrectionem q̄ ē ex mortuis. non q̄
iam acceperim. aut iam ꝑfectus ſim.

Sequor autem si quo modo compre
hendam ~~in quo et comprehendam~~ in quo
et comprehensus sum a xpo Ihu. Fratres
ego me non arbitror comprehendisse
Unum autem. que quidem retro sunt obli
uiscens ad ea vero que sunt priora extendens
me ipsum ad destinatum. persequor ad
brauium superne vocationis dei in xpo Ihu
Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentia
mus et si quid aliter sapitis. et hoc vobis
deus reuelabit. Verumtamen ad quod
peruenimus vt idem sapiamus. et in
eadem permaneamus regula Imitato
res mei estote fratres et obseruate eos
qui ita ambulant sicut habetis for
mam nostram Multi enim ambulant
quos sepe dicebam vobis nunc autem
et flens dico inimicos crucis xpi. quorum
finis interitus. quorum deus venter est
Et gloria in confusione ipsorum qui terrena
sapiunt Nostra autem conuersatio in celis
Unde etiam saluatorem expectamus

dominū nr̄m ihm̄ xpm̄. qui reforma
bit corpus humilitatis nr̄e configura
tum corpori claritatis sue. scd'm operatio
nem virtutis sue. qua etiam possit
subicere sibi omnia Capitulū. iiij.
Itaque fratres mei carissimi et desi
deratissimi. gaudiū meū et corona
mea. sic state in domino carissimi
Euchodiam rogo et syntichen depre
cor idipm̄ sapere in domino Etiam ro
go et te germane compar adiuua il
las que mecum laborauerūt in euan
gelio cum clemente et ceteris adiutori
bus meis. quorum nomina sunt in libro
vite Gaudete in domino semp. iterū
dico gaudete. Modestia vr̄a nota sit
omnibus hominibus Dominus enī
ppe ē Nichil solliciti sitis sed in omni orōe
et obsecratione cū gratiarum actione peti
tiones vr̄e innotescant apud deum Et
pax dei que exuperat omnem sensū
custodiat corda vr̄a et intelligentias

vr̄as in xº Jhū De cetero fratres quecū-
q; sunt vera quecunq; pudica. quecūq;
iusta quecunq; sancta. quecunq; ama
bilia quecunq; bone fame si qua vir-
tus si qua laus discipline hec cogita
te que et didicistis et accepistis et au-
distis et vidistis in me Hec agite et
deus pacis erit vobiscū Gavisus
sum autem in dn̄o vehementer. q̄m
tandem aliqn̄ refloruistis pro me
sentire sicut et sentiebatis Occupa
ti autem eratis. non quasi ꝓpt᷑ pe-
nuriam dico Ego enī didici in q̄bꝰ
sum sufficiens ēē. Scio et humiliari
scio et abundare. Ubiq; et in omni-
bus institutus sum. et saciari et e-
surire et abundare et penuriam
pati Omnia possum in eo q̄ me cō-
fortat Verumtamē bn̄ fecistis coi-
cantes tribulacioni mee. Scitis au-
tem et vos philippenses q; in prin-
cipio evangelii quando profectus

ſim a macedonia nulla m̄ ecclesia cō-
cauit in ratione dati et accepti niſi
vos ſoli. quia et theſſalonicam ſe-
mel et bis in vſum m̄ miſiſtis non
quia quero datum ſ; requiro fructū
abundantem in ratione vr̄a. Habeo
autem oīa et abundo Repletus ſū
acceptis ab epaphrodito que miſiſtis
in odorem ſuauitatis hoſtiam accep-
tam placentem deo. Deus autem
meus impleat omne deſideriū vr̄m
ſcd̄m diuicias ſuas in gloria in xp̄o Ihū
Deo autem et prī nr̄o gloria in ſe-
cula ſeculoꝝ Amen Salutate omnem
ſanctū in xp̄o Ihū. ſalutāt vos qui me-
cum ſunt fratres Salutant vos oēs
ſancti. maxime autem q̄ de ceſaris
domo ſunt Gr̄a domini nr̄i Ihū
xp̄i cum ſpū vr̄o Amen. Explicit epl̄a
pauli ad philippenſes. Incipit
argumentum in epl̄am ad coloſ-
ſenſes:

97

Colossenses et hi sicut laodi
dicenses sunt asiani. et ipi
preuenti erant a pseudo
aplis Nec ad hos accessit ipe aplus
s; et hos p epistolam corrigit. Audi
erant em v̄bum ab archippo q̄ et mi
nisterium in eos accepit Ergo apls
iam ligatus scribit eis ad epheso p ty
chicum diaconem et onesimū acho
lythum Explicit argumentum. In
cipit epistola pauli ad colossenses
Capitulum primū:

Paulus apostolus
Ihū x̄ p voluntatē
dei. et Timotheus frat
his q̄ sunt colossis sanc
tis et fidelibus fra
tribus in x̄ Ihū Gracia vobis et pax
a deo pr̄e nr̄o Gracias agimus deo et
patri domini nr̄i Ihū x̄ semp pro vobis
orantes. audientes fidem vr̄am in
x̄ Ihū. et dilectionem quam habetis

in ſcos omnes propt' ſpem que repoſita ē
vobis in celis. quam audiſtis in vbo ve-
ritatis euangelii qd' puenit ad vos ſicut
et in uniuerſo mūdo ē. et fructificat et
creſcit ſicut in vobis ex ea die qua au-
diſtis et cognouiſtis graciam dei in ve-
ritate. ſicut didiciſtis ab epaphra cariſ-
ſimo conſeruo nro qui ē fidelis pro vo-
bis miniſter ihū x̄. Qui eciam mani-
feſtauit nobis dilectionem vrām in
ſpū. Ideo et nos ex qua die audiuim9
non ceſſamus pro vobis orantes et
poſtulantes ut impleamini agnitiōe
voluntatis eius in omni ſapientia et
intellectu ſpiritali. vt ambuletis dig-
ne deo p omnia placentes in omni ope
bono fructificantes et creſcentes in
ſciencia dei. in omni virtute conforta-
ti ſecundum potentiam claritatis
eius in omni paciencia et longanim-
mitate. cum gaudio gratias agentes
deo et patri. q̄ dignos nos fecit in par-

tem ſortis ſanctoꝝ in lumine Qui eri
puit nos de poteſtate tenebrarum et
tranſtulit in regnum filij dilectionis
ſue in quo habemus redemptionem
et remiſſionem pccoꝝ Qui ē imago
dei inuiſibilis pmogenitus omnis
creature. qm̄ in ipo condita ſunt vni
uerſa in celis. et in terra viſibilia et
inuiſibilia Siue throni ſiue domina
tiones. ſiue principatus ſiue poteſta
tes Omnia p ipm̄ et in ipo creata
ſunt. et ipſe ē ante omnes et omnia
in ipo conſtant Et ipſe ē caput corpꝰ
eccleſie. qui ē principiū pmogenitꝰ
ex mortuis vt ſit in omnibus ipſe
primatum tenens Quia in ipo cōpla
cuit omnē plenitudinē diuinitatis
inhabitare et p eū reconciliare oīa i
ipm̄ pacificans p ſanguinem crucis
eius. ſiue que in terris. ſiue que in ce
lis ſunt Et vos cum eſſetis aliquādo
alienati et inimici ſenſu in operibꝰ

malis nunc autem reconciliauit in corpe
carnis eius p mortem exhibē vos ſanctos
et inmaculatos et inreprehenſibiles co
ram ipo. Si tamē pmanetis in fide fun
dati et ſtabiles et inmobiles a ſpe euā
gelij quod audiſtis quod predicatum
ē in vniuerſa creatura que ſub celo eſt
Cuius factus ſum ego Paulus miniſt'
q̄ nunc gaudeo in paſſionibus pro vo
bis. et adimpleo ea que deſunt paſſio
nū x̄ in carne mea pro corpore eius qđ
ē eccleſia Cuius factus ſum ego miniſt'
ſecundū diſpenſationem dei que data ē
m̄ in vobis ut impleam v'bum dei.
miſterium quod abſconditū fuit a ſecu
lis et generationibus. nunc autem ma
nifeſtatum ē ſanctis eius quibus volu
it deus notas facē diuitias glorie ſacra
menti huius in gentibus quod ē xpūs
in nobis ſpes glorie quem nos ānunti
auimus. corripientes omnem homīez
et docentes in omni ſapientia. ut exhi

beamus omnem hominem pfectum
in xº Ihũ in quo et laboro certando ſcd'
operationem eius quam operatur in
me in virtute Capitulum ſecundũ

Volo enĩ vos ſcire qualem ſollicitu
dinem habeam pro vobis et pro his
qui ſunt loadicie et quicunqȝ non vide
runt faciem meam in carne vt conſo
lentur corda ipõꝝ inſtructi in caritate. et
in omnes divitias plenitudinis intellec
tus in agnicione miſtery dei et pris et
Ihũ x̃. in quo ſunt oĩs theſauri ſapien
tie et ſciencie abſconditi. Hoc autem
dico. vt nemo vos decipiat in ſublimi
tate ſermonũ Nam et ſi corpe abſens
ſum. ſȝ ſpũ vobiſcũ ſum gaudens et
videns ordinem vrm̃ et firmamentum
eius que in xº e fidei vre. ſicut ergo acce
piſtis Ihm xm̃ dominũ nrm ambulate.
radicati et ſuperedificati in ipo et confor
mati in fide ſicut et didiciſtis. abundã
tes in illo in graciarũ actione Videte

ne q̄s vos decipiat p̄ philoſophiam et
inanem fallaciam ſecundum tradicio
nem hominum ſecundū elementa mū
di et non ſecundū xp̄m quia in ip̄o
inhabitat omnis ~~omnis~~ plenitudo di
uinitatis corporalit᷑. et eſtis in illo re
pleti qui ē caput omnis principatus et
poteſtatis In quo et circumciſi eſtis cir
cumciſione non manufacta in expolia
cione corporis carnis. ſ; in circumciſiōe
x̄ conſepulti ei in baptiſmo in quo et
reſurrexiſtis p̄ fidem op̄ationis dei
qui ſuſcitauit illū a mortuis Et vos
cum mortui eſſetis in delictis et prepu
cio carnis vr̄e conuiuificauit cū illo
donans vobis omnia delicta delens
qd aduerſus nos erat cyrographū de
creti qd erat contrarium nobis Et ip̄m
tulit de medio affigens illud cruci. et
expolians principatus et p̄tates.
traduxit confident᷑ palam triū
phās illos in ſemetip̄o Nemo ergo vos

iudicet in cibo aut in potu aut in parte
diei feſti aut neomenie aut ſabbatorum
que ſunt umbra futurorum. corpus autem
christi. Nemo vos ſeducat volens in humili
tate et religione angelorum que non vidit
ambulans fruſtra inflatus ſenſu car-
nis ſue. et non tenens caput ex quo
totum corpus per nexus et coniunctiones
ſubministratum et conſtructum creſcit
in augmentum dei. Si ergo mortui
eſtis cum christo ab elementis huius mundi
quid adhuc tanquam viventes ~~viventes~~
mundo decernitis. Ne tetigeritis neque
guſtaveritis neque contrectaveritis que
ſunt omnia in interitu ipſo uſu ſecundum
precepta et doctrinas hominum. que ſunt
rationem quidem habentia ſapien-
tie in ſuperſticione et humilitate et non
ad parcendum corpori non in honore
aliquo ad ſaturitatem carnis. .iii.
Igitur ſi conſurrexiſtis cum christo que ſur-
ſum ſunt querite. ubi eſt christus eſt in dex-

tera dei ſedens que ſurſum ſunt ſapite.
non que ſup terram. Mortui em̃ eſtis
et vita vr̃a abſcondita ē cum xp̃o in deo. Cũ
autem xp̃us apparuerit vita vr̃a. tũc
et vos apparebitis cum ip̃o in gloria
Mortificate ergo membra vr̃a que
ſunt ſup terram. fornicationem im
mundiciam. libidinem. concupiſcẽtiã
malã. et auariciam. que ē ſimulachro
rum ſeruitus ꝓpt' que venit ira dei
ſup filios incredulitatis in quibus
ambulaſtis aliquando cũ viueretis in
illis Nunc autem deponite et vos oĩa
iram indignationem. maliciam blaſ
phemiam. turpem ſermonem de
ore vr̃o Nolite mentiri inuicem ex
poliantes vos veterem hominem
cũ actibus ſuis. et induentes nouũ
eũ qui renouatur in agnitionem
dei ſecundũ imaginem eius qui cre
auit eũ. vbi non ē gentilis et iudeus
circumciſio et preputium. barbarus.

et ſcytha ſeruus et liber. ſʒ omnia et ĩ o
nibus xpūs Induite vos ergo ſicut
electi dei ſancti et dilecti viſcera mīe.
benignitatem. humilitatem. modeſ
tiam. pacienciam. ſupportantes inui
cem et donantes vobiſmetipſis ſi quis
aduerſus aliquem habet querelam
ſicut et dominus donauit vobis. ita
et vos Sup omnia autem hec caritatē
habete quod ē vinculū pfectionis. et
pax xͥ exultet in cordibus vr̄is in qua
et vocati eſtis in vno corpore. et grati eſ
tote Verbum xͥ habitet in vobis abū
danter. in omni ſapientia docentes et
commonentes voſmetipſos in pſal
mis et hymnis et canticis ſpūalibus
in gratia cantantes in cordibus vr̄is
deo Omne quodcūq; facitis in vᵒ. aut
in opere. omnia in nomine domini
nrī Ihū xͥ gratias agentes deo et prī
p ipm̄ Mulieres ſubditi eſtote viris.
ſicut oportet in domino Viri diligi

te vxores vestras. et nolite amari esse ad
illas Filii obedite parentibus per omnia.
hoc enim placitum est in domino Patres no
lite ad indignationem provocare filios
vestros ut non pusillo animo fiant. Ser
vi obedite per omnia dominis carnalibus
non ad oculum servientes quasi homi
nibus placentes. sed in simplicitate cor
dis timentes dominum Quodcumque fa
citis ex animo operamini. sicut domino et
non hominibus scientes quod a domino accipi
etis retributionem hereditatis. domino xpo
servite Qui enim iniuriam facit. recipi
et id quod inique gessit Et non est personarum
acceptio apud deum. Capitulum. iiij.

Domini quod iustum est et equum servis
prestate. scientes quoniam et vos dominum ha
betis in celo Orationi instantes. vigilantes
in ea in gratiarum actione. orantes si
mul et pro nobis ut deus aperiat no
bis ostium sermonis ad loquendum mys
terium xpi. propter quod etiam vinctus sum

ut manifeſtem illud ita ut oportet me
loqui. In ſapientia ambulate eos ad
~~eos~~ qui foris ſunt tempus redimentes
Sermo v̄r ſemp in gratia ſale ſit con-
ditus ut ſciatis quomodo oporteat
vos unicuiq; reſponde're. Que circa me
ſunt. omnia vobis nota faciet tychi-
cus cariſſimus frater et fidelis miniſter
et conſeruus in dn̄o quem miſi ad vos
ad hoc ipm̄ ut cognoſcat que circa vos
ſunt. et conſoletur corda v̄ra cum one-
ſimo cariſſimo et fidele fratre qui ex
vobis ē. qui omnia que hic aguntur
nota facient vobis. Salutat vos ariſ-
tarchus concaptiuus meus et marcus
conſobrinus barnabe de quo accepiſtis
mandata. Si venerit ad vos ſuſcipite
illum. Et ih̄s qui dicitur iuſtus. qui ſunt
ex circumciſione. Hi ſoli ſunt adiutores
mei in regno dei. qui m̄ fuerunt ſola-
cio. Salutat vos epaphras q̄ ex vobis
ē ſeruus x̄ ih̄u. ſemp ſollicitus pro vo-

his in orationibus . ut ſtetis pfecti et ple
ni in omni voluntate dei Teſtimoniū
enī illi phibeo q habet multum labore
pro vobis et pro his q ſunt laodicie et
qui hierapoli Salutat vos lucas
medicus cariſſimus . et demas Salu
tate fratres qui ſunt laodicie et nym
pham et que in domo eius ē eccleſiam.
et cum lecta fuerit apud vos epiſtola
vos hec . facite ut et in laodicenſium
eccleſia legatur . et ea que laodicenſi
ū ē vobis legatur Et dicite archippo
Vide miniſteriū quod accepiſti in
domino ut illud impleas Salutatio
mea manu pauli Memores eſtote
vinculoꝝ meoꝝ Gr͞a domini nr͞i Ihe
ſu x͞e vobiſcū Amē Explicit ep͞la
pauli ad coloſſenſes. Incipit ar
gumentum in epiſtolam ad teſſa
lonicenſes . primam :

Teſſalonicenſes ſunt macedo
nes qui accepto v° veritatis

preſtiterunt/ in fide etiam in pſecutio
ne ciuium ſuorum. Preterea nec receperunt
runt falſos apoſtolos. Nec ea que a
falſis apoſtolis dicebant². Hos col
laudat apl'us ſcribens eis ab athenis
p tychycum dyaconem. et oneſimum
acolythū. Explicit argumentum.
Incipit epl'a pauli ad theſſaloni
cenſes prima. Capitulum primū

Paulus. et ſiluanus
et thimoteus. Ec
cleſie theſſalonicē
ſiū in deo pr̄e nr̄o et
domino Jhū xpo
gratia vobis et pax. Gratias agim⁹
deo ſemp pro omnibus vobis memo
riam vr̄i facientes in orationibus nr̄is
ſine intermiſſione. memores opis
fidei vr̄e et laboris et caritatis et ſuſ
tinencie ſpei domini nr̄i Jhū x̄ an
deum et prēm nr̄m. Scientes fra
tres dilecti a deo electionem vr̄am. q²

q euangelium nrm̄ non fuit ad vos
in ſermone tm̄. ſz et in virtute. et in
ſpū ſancto. et in plenitudine multa
ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis
ꝓpt vos. Et vos imitatores nr̄i facti
eſtis et domini excipientes vbū in
tribulatione multa cum gaudio ſpūs
ſancti. ita ut facti ſitis forma omni-
bus credentibus in macedonia et in
achaia. A vobis enī diffamatus eſt
ſermo domini. non ſolum in macedo-
nia et in achaia. ſz et in omni loco
fides vr̄a que eſt ad deum profecta ē
ita ut non ſit nobis neceſſe quicq̄ lo-
qui. Ipi enī de nobis annūtiant qualē
introitum habuerimus ad vos. et quo-
modo conuerſi eſtis ad deum a ſimula-
chris ſeruire deo viuo et vero. et expec-
tare filium eius de celis quem ſuſcita-
uit ex mortuis Ihm̄. qui eripuit nos
ab ira ventura. Capitulū. .ij.
Iam et ipi ſcitis frēs introitum nrm̄

ad vos. quia non inanis fuit ſꝫ ante paſ
ſi multa et contumelijs affecti ſicut ſcitis
in philippis. fiduciam habuimus in
deo nr̄o loqui ad vos euangelium dei
multa ſollicitudine. Exhortatio eni̅m
nr̄a non de errore neqꝫ de inmundicia.
neqꝫ in dolo. ſꝫ ſicut probati ſumus
a deo ut crederetur nobis euangeliu̅
ita loquimur. non quaſi hominibꝰ
placentes. ſꝫ deo qui probat corda
nr̄a. Neqꝫ eni̅m aliquando fuimus in
ſermone adulationis ſicut ſcitis.
neqꝫ in occaſione auaricie. deus teſtis
e̅ neqꝫ querentes ab hominibus glo
riam neqꝫ a vobis. neqꝫ ab alijs cu̅
poſſemus vobis oneri e̅e ut xp̄i apli
Sꝫ facti ſumus paruuli in mediu̅ vr̄m
tamqꝫ ſi nutrix foueat filios ſuos. ita
deſiderantes vos cupide. volebamus
tradere vobis. non ſolum euangeliu̅
dei. ſꝫ etiam animas nr̄as quoniam
cariſſimi nobis facti eſtis. Memores

em̄ facti eſtis fratres laboris nr̄i. et fa
tigationis. nocte et die oꝑantes. ne
quem vr̄m grauaremus. predicaui
mus in vobis euangeliu̅ dei. Vos
teſtes eſtis et deus q̄ ſancte et iuſte et
ſine querela vobis qui credidiſtis affui
mus ſicut ſcitis qualit' vnumquemq;
vr̄m ſicut pr̄ filios ſuos deprecantes
vos et conſolantes. teſtificati ſumus
vt ambularetis digne deo qui vocauit
vos in ſuum regnum et gloriā. Ideo
et nos gras agimus deo ſine intermiſſione.
qm̄ accepiſſetis a nobis v̇bu̅ auditus
dei. accepiſtis illud non ut v̇bu̅ homi
num. ſ; ſicut ē vere v̇bum dei. qui opa
tur in vobis q credidiſtis. Vos em̄ imita
tores facti eſtis fratres eccleſiarum dei
que ſunt in iudea in x̄ Ihu̅ quia eadē
paſſi eſtis et vos a contribulibus vr̄is
ſicut et ipſi a iudeis qui et dominu̅
occiderunt Ihm̄ et ꝓphetas. et nos
pſecuti ſunt et deo non placent et om

nibus hominibus aduerſantur. prohi
bentes nos gentibus loqui ut ſalui fi
ant vt impleant peccata ſua ſemp
Peruenit em̄ ira dei ſup illos uſqꝫ in
finem. Nos autem fratres deſolati a
vobis ad tempus hore aſpectu non
corde abundantius feſtinauimus
faciem vr̄am vide̊ cum multo deſide
rio. qm̄ voluimus venire ad vos ego
quidem paulus et ſemel et iterum
ſꝫ impediuit nos ſathanas Que eſt
em̄ nr̄a ſpes aut gaudiū aut corona
glorie Nonne vos ante dominū nr̄ꝫ
Ihm̄ xpm̄ in aduentu eius Vos
em̄ eſtis gloria nr̄a et gaudium. iij.
Propter quod non ſuſtinentes ā
pliꝰ. placuit nobis remane̊ athe
nis ſolis. et miſimus thimoteū fra
trem nr̄m et miniſtrum dei in euan
gelio x̄ ad confirmandos vos et ex
hortandos pro fide vr̄a ut nemo mo
ueatur in tribulacionibus iſtis Ipi

ēm ſcitis ꝙ in hoc poſiti ſumus Nam
et cum apud vos eſſemus. Prediceba
mus vobis paſſuros nos tribulationes:
ſicut et factum ē et ſcitis Propterea et ego
amplius non ſuſtinens. miſi ad cog
noſcendum fidem vr̄am. ne forte ten
taverit vos is qui tentat. et inanis
fiat labor nr̄. Nunc autem veniēte
timotheo ad nos a vobis et annūtian
te nobis fidem et caritatem vr̄am. et
quia memoriam nr̄i habetis bonam
ſemp̄ deſiderantes nos vidē ſicut et
nos quoqꝫ vos. ideo conſolati ſumus
fratres in vobis in omni neceſſitate et
tribulatione nr̄a ꝑ fidem vr̄am. qm̄
nunc vivimus. ſi vos ſtatis in dn̄o
Quam ~~in~~ enim gratiarum actionem
poſſumus deo retribuē ꝓ vobis in oī
gaudio quo gaudemus ꝓpt̄ vos ante
deum nr̄m nocte ac die abundantius
orantes ut videamus faciem vr̄am. et
compleamus ea que deſunt fidei vr̄e

Ipē autem deus et pr̄ nr̄ et dominus
ihūs xpūs dirigat viam nr̄am ad vos
Vos autem dominus multiplicet et
abundare faciat caritatem vr̄am in in-
uicem et in omnes quemadmodum
et nos in vobis ad confirmanda cor-
da uestra sine querela in sanctitate
ante deum et pr̄em nr̄m in aduentu
domini nr̄i ihū xp̄i cum omnibus sc̄is
eius Amen Capitulum. iiij.
De cetero ergo fr̄es rogamus vos
et obsecramus in dn̄o ihū ut quem-
admodum accepistis a nobis quō
oportat vos ambulare et placere
deo sic et ambuletis ut abundetis ma-
gis. Scitis enī que precepta dederim
vobis p dominum ihm̄ Hec ē enī vo-
luntas dei sanctificatio vr̄a ut absti-
neatis vos a fornicatione ut sciat
vnusquisq; vr̄m vas suum possidē
in sanctificatione et honoē non in
passione desiderij sicut et gentes que

ignorant deū. Et ne quis ſup gredīat᷑
neq; circumueniat in negocio fratrē
ſuum. qm̄ vindex ē dn̄s de his omni
bus ſicut prediximus vobis et teſtifi
cati ſumus. Non eni̅ vocauit nos deus
in immundiciam ſ; in ſanctificatiōe;
Itaq; qui hec ſpernit non hominem
ſpernit ſ; deū qui etiam dedit ſpiritū
ſuum ſcm̄ in nobis. De caritate autem
fraternitatis non neceſſe habuimus
ſcribe͛ vobis. Ipſi eni̅ vos a deo didiciſtis
ut diligatis inuicem. Etenī illud fa
citis in omnes fratres in uniuerſa
macedonia. Rogamus autem vos
fratres ut abundetis magis et operam
detis et quieti ſitis. et ut veſtrm̄ nego
ciū agatis et operemini manibus veſtris
ſicut precepimus vobis ut honeſte
ambuletis ad eos que foris ſunt. et
nullius aliquid deſideretis. Nolu
mus autem vos ignorare fratres
de dormientibus ut non contriſte

num ſicut et ceteri qui ſpem non
habent. Si em̄ credimus q̄ Jhūs mo-
mortuus eſt et reſurrexit. ita et deus
eos qui dormierunt p̄ ihm̄ adducet
cum eo. Hoc em̄ vobis dicimus in
v̄bo domini. quia nos qui viuim⁹
qui reſidui ſumus in aduentu dn̄i
non preueniemus eos qui dormie-
runt. Quoniam ipſe dominus in
iuſſu et in voce archangeli et in tu-
ba dei deſcendet de celo. et mortui
qui in x̄o ſunt reſurgent primi. De-
inde nos qui viuimus qui relinquimur
ſimul rapiemur cum illis in nubi-
bus obuiam x̄o in aera. et ſic ſemp
in domino erimus. Itaqz conſola-
mini inuicem in v̄bis iſtis. Cap. v.

De temporibus autem et momentis
frēs non indigetis vt ſcribamus vo-
bis. Ipſi em̄ diligent ſcitis. quia dies
domini ſicut fur in nocte ita veniet
Cum em̄ dixerint pax et ſecuritas

.tunc repentinus eis ſup ueniet in
teritus. ſicut dolor in utero habentis
et non effugient. Vos autem fratres
non eſtis in tenebris ut vos dies
ille tanq̄ fur comprehendat. Omnes
em̄ vos filij lucis eſtis. et filij diei
Non ſumus noctis neque tenebrarum
Igitur non dormiamus ſicut et cete
ri. ſ; vigilemus et ſobrij ſimus. Qui
em̄ dormiunt nocte dormiunt. et q̄
ebrij ſunt nocte ebrij ſunt. Nos autē
qui diei ſumus ſobrij ſimus. indu
ti loricam fidei et caritatis et galeā
ſpem ſalutis. quoniam nō poſuit nos
deus in iram. ſ; in acquiſitionem
ſalutis p dominū noſtrum Ihm
xpm qui mortuus ē pro nobis ut
ſiue vigilemus. ſiue dormiamus
ſimul cum illo viuamus. Ppt quod
conſolamini inuicem et edificate
alterutrum. ſicut et facitis. Ro
gamus autem vos fratres ut no

ueritis eos qui labrant inter vos. et
preſunt vobis in domino. et monēt
vos ut habeatis illos abundantius
in caritate ꝑpt opus illoꝝ et pacē
habete cum eis Rogamus autem
vos fratres corripite inquietos. con
ſolamini puſillanimes. ſuſcipite
infirmos. pacientes eſtote ad oms
Videte ne quis malum pro malo
alicui reddat. ſꝫ ſemp quod bonum
ē ſectamini in inuicem et in omīs
Semp gaudete. ſine intermiſſione
orante in omnibus gratias agite.
Hec ē eñ voluntas dei in xᵒ Jhū in
omnibus vobis. Spiritum nolite
extinguere. ꝑphetias nolite ſpernē
Omnia autem probate. quod bo-
nū ē tenete. ab omni ſpecie mala
abſtinete vos Ipſe autem deus pa
cis ſanctificet vos ꝑ omnia. ut inte
ger ſpūs veſt et anima et corpus
ſine querela in aduentu domini nri

ſeruetur. Fidelis ē qui vocauit vos qui eti
am faciet. Fratres. orate pro nobis. Sa
lutate fratres omnes in oſculo ſancto
Adiuro vos p dominum vt legatur
epiſtola hec omnibus ſcīs fratribus
Gr̄a domini nr̄i Ihū xp̄i vobiſcū. Amen.

Explicit epl̄a pauli ad teſſalonicē
ſes pma. Incipit argumentū in
eplām ſecundam :

Ad teſſalonicenſes ſecundā
ſcribit epiſtolam aplūs et
notū facit eis de temporib9
nouiſſimis et de aduerſarij deiectiōe
Scribit hanc epiſtolam ab athenis p
tytum diaconem et oneſimū acolitū

Explicit argumentū. Incipit epl̄a
pauli ad teſſalonicenſes ſecunda :

Paulus et ſiluanus et
timotheus eccleſie
teſſalonicenſium in
deo p̄re nr̄o et domi
no Ihū xp̄o. Gr̄a vobis

et pax a deo prē nr̄o et domino Jhū x̄
Gr̄as agere debemus semp deo pro
vobis fratres ita ut dignum ē. qm̄
sup crescit fides vr̄a. et abundat ca
ritas uniuscuiusqz vr̄m in inuicē
ita ut et nosipi in vobis gloriemur
in ecclesijs dei pro patientia vr̄a et
fide. et in omnibus psecutionibus
vr̄is et tribulationibus quas susti
netis in exemplum iusti iudicij dei.
ut digni habeamini in regno dei
pro quo et patimini. si tamen iustum ē
apud deum retribuere retributionē
his qui vos tribulant. et vobis qui
tribulamini requiem vobiscū in re
uelatione domini Jhū de celo cū an
gelis uirtutis eius in flām̄a ignis
dantis vindictam his qui non noue
runt deum et qui non obediunt eua
gelio dn̄i nr̄i Jhū x̄ Qui penas da
bunt in interitu eternas a facie do
mini. et a gloria virtutis eius cum

venerit glorificari in sc̄is suis et ammir-
abilis fieri in omnibus qui crediderunt
quia creditum ē testimonium nr̄m sup
vos in die illo In quo etiam oramus
semp pro vobis. ut dignetur vos vo-
catione sua deus et impleat omnem
voluntatem bonitatis sue et opus
fidei in virtute ut clarificetur nomē
domini nr̄i ihū x̄ in vobis et vos in
illo scd̄m gratiam dei nr̄i et domini
ihū x̄ Capitulum . secundum .
Rogamus autem vos fratres p
adventū domini nr̄i Ihū x̄ et nr̄e co-
gregationis in ipm̄ ut non cito move
amini a vr̄o sensu neq terreamini.
neq p spiritū. neq p sermonem neq
p epistolam tamq p nos missam q̄si
instet dies domini Nequis vos sedu-
cat ullo modo Quoniam nisi vene-
rit dissentio primum et revelatus fue-
rit homo pcc̄i filius pdicionis. qui
adversatur et extollitur sup omne

quod dicitur deus aut colitur ita ut in
templo dei ſedeat. oſtendens ſe tanq̄ ſit
deus. non retinetis q̄ cū adhuc eſſē
apud vos hec dicebam vobis. Et nūc
quid detineat ſcitis ut reueletur in
ſuo tempore Nam miſteriū iam opa-
tur iniquitatis tm̄ vt qui tenet. nūc
teneat donec de medio fiat Et nūc
reuelabitur ille iniquus quem dn̄s
Ihūs interficiet ſpū oris ſui Et deſ-
truet illuſtratione aduentus ſui eū
cuius ē aduentus ſecundū operati-
onem ſathane in omni virtute et
ſignis et prodigijs mendacibus. et
in omni ſeductione iniquitatis his
qui pereunt. eo q̄ caritatem veritatis
nō receperunt ut ſalui fierent Ideo
mittet illis deus opationē erroris
vt credant mendacio. ut iudicentur
omnes qui non crediderunt veri-
tati ſʒ conſenſerunt iniquitati Nos
autem debemus gratias agere deo

ſemp pro vobis fratres dilecti a deo
qp elegerit nos deus primitias in ſalu
tem in ſanctificatione ſpūs et in fide
veritatis. in qua et vocavit vos p
euangelium nr̄m in acquiſitione
glorie domini nr̄i Jhū x̄. Itaqȝ fratres
ſtate et tenete traditiones quas didi
ciſtis ſiue p ſermonem. ſiue p epiſto
lam nr̄am. Ipſe autem dominus nr̄
Jhūs xp̄us et deus et pater nr̄ q di
lexit nos et dedit conſolationem eter
nam et ſpem bonam in gr̄a exhortet
corda vr̄a et confirmet in omni ope et
ſermone bono Capitulum .iij.

De cetero fratres orate pro nobis
ut ſermo dei currat et clarificet' ſicut
et apud vos. et ut liberemur ab in
portunis et malis hominibus. non
enim omnium ē fides. Fidelis autem dn̄s
ē qui confirmabit vos et cuſtodiet a ma
lo. Confidimus autem de vobis fra
tres in domino. qm̄ quecunqȝ precipi

mus . et facitis et facietis Dñs autē
dirigat corda vrã in caritate dei et pa
ciencia xp̄i Denunciamus autem vo
bis fr̄s in nomine domini nr̄i ihū
xp̄i. ut ſubtrahatis vos ab omni fr̄e
ambulante inordinate. et non ſe
cundum tradicionē quam acceperūt
a nobis Ipſi enī ſcitis quemadmodū
oporteat imitari nos quoniam nō
inquieti fuimus inter vos neq; gra
tis panem manducauimus ab ali
quo. ſʒ in labore et fatigacione noc
te et die operantes. ne quē vrm̄ gra
uaremus Non quaſi non habueri
mus poteſtatem. ſʒ ut noſmetipſos
formam daremus vobis ad imitā
tandum nos Nam et cū eſſemus
apud vos. hoc denunciabamus vo
bis. quoniam ſiquis non vult ope
rari. nec manducet Audiuimus
enī int̄ vos quoſdam ambulantes
inquiete nichil operantes ſʒ curioſe

agentes. His autem qui eiuſmodi
ſunt denunciamus et obſecramus
in domino ihū xº vt cū ſilentio ope-
rantes ſuū panem manducent.
Vos autem fratres nolite deficere
benefacientes. Qd ſi quis non obedi
erit vbo nrō. p epiſtolam hunc nota-
te. et non commiſceamini cū illo
vt confundatur. Et nolite quaſi
inimicū exiſtimare. ſȝ corripite vt
fratrem. Ipſe autē deus pacis ut det
vobis pacem ſempiternam in oī
loco. Dñs ſit cū omnibus vobis.
Salutatio mea manu pauli qd
ē ſignū in omni eplā. Ita ſcribo
Gratia domini nrī ihū xº cū o-
mnibus vobis. Explicit epiſtola
pauli ad teſſalonicenſes ſecūda
Incipit argumentum in eplaȝ
ad timotheum primam

Timotheum inſtruit et docet
de ordinatione epiſcopatus

et diaconi[s] et omnis ecclesiastice discipli
ne. scribens ei a laodicia per tychicum
diaconē Explicit argumentū. In
cipit epistola pauli ad timotheū
prima. Capitulū primū :

Paulus apostolus
ihū xp̄ī secundū im
perium dei sal
uatoris nr̄i et xp̄ī
ihū spei nr̄e.
timotheo dilecto
filio in fide. grā et mīa et pax a deo
p̄re et xp̄o ihū dn̄o nr̄o Sicut rogaui
te vt remaneres ephesi cū irem in
macedoniam vt denunciares qui
busdam ne alit' docerent neq; inten
derent fabulis et genealogiis int'
minatis. que questiones prestant
magis q̄ edificationē dei que ē in
fide Finis autem precepti ē caritas
de corde puro corde et conscientia
bona. et fide non ficta A quibus q̄

dam obertantes conuerſi ſunt in vaniloqui
um volentes eſſe legis doctores non in
telligentes neque que loquuntur. neque de
quibus affirmant. Scimus autem quia
bona eſt lex ſi quis ea legittime vtatur
ſcientes hoc quia lex iuſto non eſt po
ſita. ſed in iuſtis et non ſubditis impijs
et peccatoribus. ſceleratis et contami
natis patricidis. et matricidis. homi
cidis. fornicarijs. mendacibus et per
iuris. et ſi quid aliud ſane doctrine
aduerſatur. que eſt enim ſecundum euangeli
um glorie beati dei quod creditum eſt michi.
Gratias ago ei qui me confortauit in
christo ihesu domino noſtro. quia fidelem me exiſ
timauit ponens in miniſterio Qui
prius blaſphemus fui et perſecutor
et contumelioſus. ſed miſericordiam dei con
ſecutus ſum. quia ignorans feci in
credulitate. Superabundauit autem
gratia domini noſtri cum fide et dilectione
que eſt in christo ihesu Fidelis ſermo et omni

masculorum concubitoribus plagiarijs.

113

acceptione dignus quia xp̄us ihūs
venit in hunc mundū peccatores
ſaluos facere. quorum primus ego ſum
Sed ideo miām conſecutus ſum vt in
me primo oſtenderet xp̄us ihūs ~~ve-
nit in hunc mundū~~ omnem pati
entiam ad informationem eorum qui
credituri ſunt illi in vitam eternā
Regi autem ſeculorum immortali in
viſibili ſoli deo honor et gloria. in
ſecula ſeculorum Amē Hoc preceptū
cōmendo tibi fili timothee ſecundū
precedentes in te prophetias vt mili
tes in illis bonam miliciam habens
fidem et bonam conſcientiā. Quā
quidam repellentes circa fidem
naufragauerunt ex quibus eſt
hymeneus et alexander quos tra
didi ſathane vt diſcant nō blaſ
phemare Capitulū. ij.

Obſecro igitur primum omniū fie
ri obſecrationes. orationes. poſtulatio

nes gratiarũ actiones. pro omnibus
hominibus pro regibus et omnibus
qui in ſublimitate conſtituti ſunt
ut quietam et trãquillã vitam aga-
mus in oĩ pietate et caſtitate. Hoc
enim bonũ ẽ et acceptum coram ſalua-
tore nr̃o deo. qui omẽs homines vult
ſaluos fieri et ad agnitionẽ veritatis
venire. Unus enim dñs deus. unus et
mediator dei et hominũ hõ xp̃us
ihũs. qui dedit redemptionem ſe-
metipm̃ pro omnibus. Cuius teſti-
moniũ tẽporibus ſuis confirmatum
ẽ. in quo poſitus ſum ego predicator
et aplũs. Veritatem dico non mẽ-
tior doctor gentiũ in fide et veritate.
Uolo ergo viros orare in omni lo-
co. levantes puras manus ſine ira
et diſceptatione. Similiter et mu-
lieres in habitu ornato cũ verecũ-
dia et ſobrietate ornantes ſe. nõ
in tortis crinibus aut auro aut

margaritis uel veste preciosa. ſz q̄ de-
cet mulieres promittentes pietatem
p opa bona ſ Mulier in ſilentio diſcat.
cum omni ſubiectione Docere aūt mu
lieri non pmitto neqȝ dominari in
virū. ſz ēē in ſilentio. Adā eñi p̄mus
formatus ē. deinde eua. et adam nō ē
ſeductus. mulier aūt ſeducta in p̄ua
ricatione fuit Saluabit᷑ aut p filioꝝ
generationē ſi pmanſerit in fide et
dilectione et ſanctificatione cū ſobrie
tate Capitulū. iij.

Fidelis ſermo Si quis ep̄atū deſide
rat bonū opus deſiderat Oportet eñi
ep̄m irreprehenſibilem ēē. vnius vx
oris virū. ſobrium. ornatum. prudē
tem. pudicum. hoſpitalem. doctorē
non vinolentum. non percuſſorem. ſz
modeſtum. non litigioſum. non
cupidum ſz ſue domui bene p̄poſitū.
filios habentem ſubditos cum oī
caſtitate. ſi quis autem domui ſue

bene ꝑpositum. filios habentem subdi- vacat
tos cū omni castitate si quis autē domui
sue preeē nescit. quomodo ecclesie dei
diligenciam hebit. Non neophitū. ne
in superbiā elatus in iudiciū ~~madat~~ incidat
dyaboli. Oportet autē et illū testimoni-
ū hrē bonum ab hiis qui foris sunt ut
non in opprobriū incidat et in laque
um diaboli. Diacones similit᷑ pudi
cos. non bilingues. non multo vino de
ditos non turpe lucrū sectantes. ha-
bentes misterium fidei in consciencia
pura. Et hii autē probent᷑ primū. et
sic ministrent nullū crimen haben-
tes. Mulieres similit᷑ pudicas. nō
detrahentes sobrias fideles in ōmbꝰ
Diacones sint unius uxoris viri. qui
filiis suis bñ presint. et suis domibus
Qui enī bñ ministrauerint gradū
bonū sibi acquirent et multam fidu-
ciam in fide que ē in xp̄o ihū. Hec tibi
tibi scribo fili timothee sperans me

venire ad te cito. si autem tardavero
ut scias quomodo oporteat te in do-
mo dei conversari que ē ecclesia dei
vivi columna et firmamentum veri-
tatis Et manifeste magnū ē pietatis
sacramentū qđ manifestatum ē in car-
ne iustificatum ē in spū. apparuit ange-
lis. predicatum ē gentibus. creditū est
in mundo. assūptū ē in gloria cap. iiii.

Spūs autem manifeste dicit qꝛ
in novissimis tpibus discedent qdā
a fide attendentes spiritibus erroris et
doctrinis demonioꝝ in hypocrisi. lo-
quentiū mendacium et cauteriatam
habentium suā conscientiam prohibē-
tiū nubere. abstinere a cibis quos deus
creavit ad percipiendum cū gratiarū
actione fidelibus et his qui cognove-
runt veritatem Quia omnis crea-
tura dī bona ē et nichil reyciendū
qđ cū gratiarū actione pcipitur Sancti-
ficatur enim p vbum dei et oronem Hec

pponens fratribus bonis eris miniſter
x̄ Jhū enutritus v̄bis fidei et bone doc-
trine quam aſſecutus es Ineptas au-
tem et aniles fabulas devita. Exerce
autem te ipm̄ ad pietatem Nam cor-
poralis exercitatio ad modicū utilis
ē. promiſſionem habens vite que
nunc ē et future Fidelis ſermo et oī
acceptione dignus In hoc enī labora-
mus et maledicimur qr ſperamus
in deum viuū q̄ ē ſaluator omniū ho-
minum. maxime fideliū Precipe.
hec et doce. Nemo adoleſcentiam tu-
am contemnat. ſꝫ exemplo eſto fideli-
ū in v̄o. in conuerſatione. in caritate.
in fide. in caſtitate. Dū venio atten-
de lectioi. exhortatioi et doctrine.
Noli negligere gratiam que in te ē. que
data ē tibi pphetiam cū impoſitiōe
manuū preſbiterij Hec meditare in
his eſto ut profectus tuus manifeſt9
ſit omnibus Attende enī tibi et doctrīe

pietas autem ad omnia utilis ē.

iuſta in illis. Hoc em̄ faciens. et temet
ipm̄ ſaluū facies et eos qui te audiūt
Seniorem ne increpaueris. ſz obſecra vt patrem Capitulū.v.
Iuuenes
vt fratres. anus vt matres. iuuencu
las ut ſorores in omni caſtitate Vi
duas honora. que vere vidue ſunt
Si qua autem vidua filios aut ne
potes habet diſcat primum domū
ſuā regere et mutuam vicem reddere
parentibus Hoc em̄ acceptū eſt coram
deo Que autem vere vidua ē et deſo
lata ſperet in deum et inſtet obſecra
tionibus et orōnibus nocte et die Nā
que in delicijs ē viuens mortua ē. Et
hoc precipe vt irreprehenſibiles ſint
Si quis autem ſuoꝝ et maxime do
meſticoꝝ curam non habet. fidem
negauit et ē infideli deterior Vidua
eligatur non minus ſexaginta an
noꝝ que fuerit vnius viri vxor in
operibus bonis teſtimoniū habens

paupes
si filios educauit. si hospitio recepit. si
sanctorum pedes lauit. si tribulationem
patientibus subministrauit. si omne
opus bonum subsecutum est. Adolescentio
res autem viduas deuita. Cum enim
luxuriate fuerint in christo nubere volunt
habentes dampnationem. quia primam fidem
irritam fecerunt. Simul autem et ociose
discunt circuire domos. non solum ociose.
sed et verbose et curiose loquentes que non
oportet. Volo autem iuniores nubere
filios procreare. matres familias esse
nullam occasionem dare aduersario
maledicti gratia. Iam enim quedam conuerse
sunt retro post sathanam. Si quis fi
delis habet viduas subministret illis
ut non grauetur ecclesia. ut his que vere
vidue sunt sufficiat. Qui bene presunt
presbiteri duplici honore digni habeantur.
maxime qui laborant in verbo et doctri
na. Dicit enim scriptura. Non infrenabis
os boui trituranti. et dignus est operarius

mercede sua Adversus presbiterū accu-
sationem noli recipere nisi sub duob9 aut
tribus testibus Peccantes coram omnib9
argue. ut et ceteri timorem habeant
Testor coram deo et xpo Ihū et electis an-
gelis eius ut hec custodias sine preiu-
dicio. nichil faciens in alteram partē
declinando Manus cito nemini im-
posueris neque cōmunicaveris pec-
catis alienis Te ipm castū custodi.
Noli adhuc aquam bibere. sed modico
vino utere propter stomachū tuū et
frequentes tuas infirmitates Quorū-
dā hominū peccata manifesta sūt
precedencia ad iudiciū. quorū dā au-
tem et subsequuntur Similiter et facta bona
manifesta sunt. et que aliter se habēt
abscondi non possunt Cap. vj.
Quicumque sūt sub iugo servi domi-
nos suos omni honore dignos arbi-
trentur ne nomē domini et doctrina
blasphemetur Qui autem fideles

habent dominos. nō contempnant. q2 fra
tres ſunt. ſe magis ſeruiant. quia fide
les ſunt et dilecti. quia beneficii parti
cipes ſunt Hec doce et exhortare Si q̄s
aliter docet et non acquieſcit ſanis ſer
monibus domini nr̄i ihū x̄. et ei que
ſecundum pietatem ē doctrine. ſup
bus nichil ſciens ſʒ languentes circa
queſtiones et pugnas v̄boꝝ ex quib9
oriuntur inuidie. contentiones. blaſ
phemie. ſuſpitiones male. conflicta
tiones hominū mente corruptoꝝ. et
q̄ a veritate p̄uati ſunt. exiſtimanti
ū queſtum ee pietatem Eſt autem
queſtus magnus pietas cū ſufficien
tia Nichil eīn intulimus ~~in hunc~~ in
hunc mundū. haud dubiū. q2 nec
auferre quid poſſumus. Habentes
autem alimenta et quibus tega
mur. his contenti ſimus. Nam q̄
volunt diuites fieri incidunt in tē
tationē et in laqueū diaboli et deſide

ria multa inutilia et nociua que mer-
gunt homines in interitū et pditionē
Radix eñi omnium maloꝝ ē cupidi-
tas. quam quidam appetentes erra-
uerunt a fide et inſeruerūt ſe dolori-
bus multis Tu autem o hō dei hec fuge
Sectare vero iuſtitiam. pietatem fidē
caritatem. patientiam. manſuetudi-
nem Certa bonū certamē fidei. appre-
hende vitam eternam. in qua vocatus
es et confeſſus bonā confeſſionē corā
multis teſtibus Precipio tibi coram
deo qui uiuificat omnia et x̄ Ihū q
teſtimoniū reddidit ſub pontio pilato
bonam confeſſionem. vt ſerues man-
datum ſine macula irreprehenſibile
uſqꝫ in aduentum domini nr̄i Ihū
x̄. quem ſuis temporibus oſtendet
beatus et ſolus potens rex regum et
dominus dominantiū. qui ſolus ha-
bet immortalitatem. et lucē habitat
inacceſſibilem. quē nullus hominū

uidit . ſed nec uidere poteſt cui honor et
imperium ſempiternum Amen . Diuiti
bus huius ſeculi precipe non ſublime
ſapere . neque ſperare in incerto diuitiarum .
ſed in deo uiuo qui preſtat nobis omnia
abunde ad fruendum bene agere . diui
tes fieri in bonis operibus . facile tribuere
communicare . theſaurizare ſibi funda
mentum bonum in futurum ut apprehendant
bonam uitam O timothee depoſitum cuſ
todi deuitans prophanas uocum noui
tates et oppoſitiones falſi nominis
ſcientie quam quidam promittentes
circa fidem exciderunt Gratia tecum
Amen Explicit epiſtola pauli ad ti
motheum prima Incipit argumentum
in epiſtolam ſecundam

Item timotheo ſcribit de ex
hortatione martyrii et de
omni regula ueritatis et
quid futurum ſit temporibus nouiſſi
mis et de ſua paſſione . ſcribens ei ab

vrbe Roma. Explicit argumentū
Incipit epl'a pauli ad timotheum
secunda. Capitulum primū :

Paulus apostolus
ihū xp̄i p voluntatē
dei secundū promis
sionem vite que est
in xp̄o ihū Timotheo
carissimo filio gr̄a et mi'a et pax a deo
p̄re nr̄o et xp̄o ihū domino nr̄o. Gracias a
go deo meo. cui seruio a progenitoribus
meis in consciencia pura. q sine inter
missione habeam tui memoriam in
oronibus meis nocte ac die desiderans
te vidē. Memor lacrymarū tuarū.
ut gaudio implear. Recordationem
accipiens eius fidei que ē in te non
ficta. que et habitauit primum in
auia tua loide. et matre tua eunice.
certus sum aūt q et in te. Propter quā
causam ammoneo te ut resuscites
grām dei que ē in te p impositionē

manuu͂ mearu͂. Non em͂ dedit nobis
deus ſpu͂tu͂ timoris. ſ; virtutis et dilec
tionis et ſobrietatis. Noli itaq; eru
beſcere teſtimoniu͂ domini nr͂i. neq; me
vinctum eius ſ; collaborare evangelio
ſcd͂m virtutem dei. qui nos liberavit
et vocavit vocatione ſua ſc͂a. no͂
ſecundu͂ opa nr͂a. ſ; ſecundu͂ propoſitu͂
ſuu͂ et gratiam que data ē nobis in xp͂o
ihu͂ ante tempora ſecularia. Manifeſtata
ē autem nunc p illuminatione͂ ſalva
toris nr͂i ihu͂ xp͂i qui deſtruxit quidem
mortem. illuminavit autem vitam
et incorruptionem p evangeliu͂. in quo po
ſitus ſum ego predicator et apoſtolus
et magiſter gentiu͂. Ob quam cauſa͂
etia͂ hec patior. ſ; non confundor.
Scio em͂ cui credidi et certus ſum. q;
potens ē depoſitu͂ meu͂ ſervare in illu͂
diem. Forma͂ habe ſanorum v̄boꝝ que
a me audiſti in fide et dilectione in xp͂o
ihu͂. Bonum depoſitum cuſtodi p ſpi

tum ſanctū. qui habitat in nobis. Scis
enī hoc q̄ auerſi ſunt a me omnes q̄
in aſia ſunt ex quibus ē philetus et
hermogenes. Det miām dn̄s oneſifori
domui. quia ſepe me refrigerauit et
cathenam meam non erubuit. ſȝ cū ro
mam veniſſet ſollicite me queſiuit et
inuenit. Det illi dn̄s inuenire miām
a deo in illa die. Et quanta epheſi mi
niſtrauit m̄. tu melius noſti. cap̄. ij.
Tu ergo fili mi confortare in grā q̄ ē
in x̄o Ihū et que audiſti a me p̄ multos
teſtes. hec cōmēda fidelibus hominib9
qui idonei erunt et alios docē. Labora
ſicut bonus miles x̄ Ihū. Nemo militās
deo implicat ſe negocijs ſecularibus ut
ei placeat cui ſe probauit. Nam et
qui certat in agone. non coronabitur
niſi qui legittime certauerit. Laboran
tem agricolā oportet primū de fructi
bus accipē. Intellige que dico dabit t̄
enī dominus in omnibus intellectū

Memor esto dñz ihm̄ xpm̄ resurrexisse a
mortuis ex semine dauid scd̄m euange
lium meum in quo laboro usq̄ ad vin
cula quasi male opans. s̄ v̄bum dei nō
ē alligatum Ideo omnia sustineo prop
t' electos ut et ipi salutem consequant
que ē in xº ihū cū gloria celesti Fidelis
sermo. nam si cōmortui sumus et con
uiuemus. si sustinebimus et cōregna
bimus. si negauerimus et ille negabit
nos. si non credimus. ille fidelis pma
net negare seipm̄ non potest Hec cō
mone testificans coram deo Noli contē
de' v̄bis. ad nichil enī utile ē nisi ad
subuersionē audientiū Sollicite autē
cura teipm̄ probabilem exhibē deo.
operarium inconfusibilem recte trac
tantem v̄bū veritatis. Prophana
aūt vaniloquia deuita. Multum enī
proficiunt ad impietatem. et sermo
eoz ut cancer serpit Ex quibus ē hy
meneus et philetus qui a veritate erra

deciunt . dicentes reſurrectionem iam
factam . et ſubuerterunt quorū dam
~~ad~~ fidem Sʒ firmum fundamentum
dei ſtat . habens ſignaculum hoc Cog
nouit dn̄s qui ſunt eius et diſcedit ab
iniquitate omnis qui inuocat nomē
domini . In magna aūt domo non
ſolum ſunt vaſa aurea et argentea .
ſʒ et lignea et fictilia . et quedā quidem
in honorem . quedā aūt in contume
liam Si quis ergo ſe emundauerit
ab iſtis . erit vas in honorem ſanctifica
tum . et vtile dn̄o ad omne opus bonū
paratum . Iuuenilia autem deſideria
fuge . ſectare iuſticiam . fidem . ſpem .
caritatem . et pacem cum his qui in
uocant dominū de corde puro Stul
tas autem et ſine diſciplina queſti
ones deuita ſciens quia generant
lites Seruum autem domini non
opʒ litigare . ſʒ ſemp manſuetū eē ad
omnes docibilem patientem cum

modestia corripientem eos qui resistũt
veritati. ne quando deus det illis penitenci
am ad cognoscendam veritatem et resipis
cant a diaboli laqueis. a quo captivi te
nentur ad ipsius voluntatem Capitulũ
Hoc autem scito quod in novissi C. iij.
mis diebus instabunt tempora periculo
sa. et erunt homines seipsos amantes
cupidi. elati. superbi. blasphemi. parenti
bus non obedientes. ingrati. scelesti. sine
affectione. sine pace criminatores. inco
tinentes. immites sine benignitate. p
ditores. proterui. tumidi. et voluptatũ
amatores magis quam dei. habentes speciem qui
dem pietatis. virtutem autem eius ab
negantes et hos devita. Ex his enim
sunt qui penetrant domos et captivas
ducunt mulierculas oneratas peccatis
que ducuntur variis desideriis. semper
discentes et nunquam ad scientiam veritatis
pervenientes. Quemadmodum autem
iamnes et mambres restiterunt moysi

ita et hii resistunt veritati. homines cor
rupti mente reprobi circa fidem. sed ultra
non proficient. Insipientia enim eorum
manifesta erit omnibus. sicut et illorum
fuit. Tu autem assecutus es meam
doctrinam. institutionem. propositum.
fidem. longanimitatem. dilectionem.
patientiam. persecutiones. passiones.
qualia michi facta sunt anthiochie.
iconii. listris. quales persecutiones sus
tinui. et ex omnibus eripuit me dominus
Et omnes qui pie volunt vivere in christo
ihesu persecutionem patientur. Mali
autem homines et seductores profici
unt in peius. errantes et in errorem
mittentes. Tu vero permane in hiis que
didicisti et credita sunt tibi. sciens
a quo didiceris. Et quia ab infantia
sacras litteras nosti que te possunt
instruere ad salutem per fidem que est
in christo ihesu. Omnis enim scriptura divi
nitus inspirata utilis est ad docendum

ad arguendū ad corripiendū. ad erudien
dum in iusticia ut pfectus sit homo dei
ad omne opus bonum instructus. iiij.
Testificor coram deo et in ihū xº qui
iudicaturus ē viuos et mortuos. et
p aduentum ipsius et regnū eius pre
dica v̄bū. insta oportune importune.
argue. obsecra. increpa. in omni patien
tia et doctrina Erit enī tempus cū sa
nam doctrinam nō sustinebūt. s; ad sua
desideria coaceruabūt sibi mgrōs prurī
entes auribus et a veritate quidem au
ditum auertent. ad fabulas aūt conū
tentur Tu v̄o vigila. in omnibus la
bora opus fac euangeliste. ministeriū
tuū imple sobrius esto. Ego enī iam
delibor. et tempus resolutionis mee
instat Bonū certamen certaui. cur
sum cōsummaui fidem seruaui In
reliquo reposita ē michi corona iusticie.
quam reddet michi dominus in illa
die iustus iudex. Non solum m̄ aūt

ſed et his qui diligunt aduentum eius Feſti
na ad me venire cito. Demas enim me
reliquit diligens hoc ſeculum et abijt
teſſalonicam. creſcens in galaciam. titus
in dalmaciaciam. lucas eſt mecum ſolus
Marcum aſſume et adduc tecum. eſt enim
mi vtilis in miniſterio. Tyticum autem
miſi epheſum. Penulam quam reliqui
troiade apud carpum veniens affer
tecum. et libros maxime autem et
membranas. Alexander erarius mul
ta mala mihi oſtendit. reddet illi dominus
ſecundum opera eius quem et tu deuita.
Valde enim reſtitit verbis nostris In pri
ma mea defenſione nemo mihi affuit ſed
omnes me dereliquerunt non illis
imputetur. Dominus autem mihi aſtitit et
confortauit me. vt per me predicatio
impleatur. et audiant omnes gentes
et liberatus ſum de ore leonis. Libe-
rauit me dominus ab omni opere malo et
ſaluum faciet in regnum ſuum celeſte. cui

gloria in secula seculoꝝ Amē. Saluta
priscam et aquilam et Onesifori do
mum. Erastus remansit corinthi Tro
phimū autem reliqui infirmum my
leti. Festina ante hyemē venire. Sa
lutant te eubolus et pudens et linus
et claudia et fratres omnes Dn̄s Je
sus xp̄us cū sp̄u tuo. Gr̄a vobiscum
Amen Explicit epistola pauli ad ti
motheū secunda. Incipit argumē
tū in epistolam ad tytū.

Tytū commonefacit et instruit
de constitutione presbite
rij de sp̄uali conuersatiōe
et hereticis vitandis q̄ traditionibus
iudaicis credunt. scribens ei a nicopoli
Explicit argumentū. Incipit
epistola pauli ad tytū. Capitulū. j.

Paulus seruus dei. apos
tolus autem Jhū xp̄i
secundum fidem elec
toꝝ dei. et agnitionem

veritatis que ſecundum pietatem ē in
ſpem vite eterne. quam promiſit qui nō
mentitur deus ante tempora ſecularia.
manifeſtavit autem temporibus ſuis
vbū ſuum in predicatione. que credita
ē m̄ ſcdm̄ preceptū ſalvatoris nr̄i dei
Tyto dilecto filio ſecundū cōmunē fidē.
grā et pax a deo pr̄e et xp̄o Ihū ſalvatore
nr̄o Huius rei gratia reliqui te crete.
vt ea que deſunt corrigas. et conſtituas
p civitates preſbiteros ſicut et ego diſ
poſui tibi. ſi quis ſine crimine ē vnius
vxoris vir. filios habens fideles. nō in
accuſatione luxurie aut non ſubditos
Oportet eīm epiſcopum ſine crimine
ēē ſicut dei diſpenſatorem non ſupbū.
non iracundū. non vinolentū. non p
cuſſorem. non turpis lucri cupidum
ſ hoſpitalem. benignū. ſobrium. iuſtū.
ſanctum. continentem. amplectentem
eum qui ſecundū doctrinam ē fidelem
ſermonem. vt potens ſit exhortari in

doctrina sana. et eos qui contradicunt
arguere. Sunt enim multi etiam inobedi-
entes vaniloqui et seductores. maxime
qui de circumcisione sunt quos oportet re-
darguere qui universas domos subuer-
tunt. docentes que non oportet turpis
lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius
ipsorum propheta. Cretenses semper menda-
ces male bestie. ventris pigri. Testimo-
nium hoc verum est. Quam ob causam
increpa illos dure ut sani sint in fide. non
intendentes iudaicis fabulis et manda-
tis hominum aversantium se a veritate. Omnia
munda mundis. coinquinatis autem
et infidelibus nichil est mundum. sed inqui-
nate sunt eorum et mens et conscientia
Confitentur se nosse deum. factis autem
negant. cum sint abhominati et incre-
dibiles. et ad omne opus bonum repro-
bi Capitulum. secundum ;
Tu autem loquere que decent sanam
doctrinam. Senes ut sobrii sint pu-

dici. prudentes. ſani in fide. in dilec
tione. in pacientia. Anus ſimilit' in
habitu ſancto. non criminatrices nō
multo vino ſeruientes bñ docentes
ut prudentiam doceant. Adoleſcen
tulas ut viros ſuos ament. filios
ſuos diligant prudentes. caſtas ſo
brias domus curam habentes be
nignas ſubditas viris ſuis ut nō
blaſphemetur v̄bū dei. Juuenes ſi
militer hortare ut ſobrij ſint. In
omnibus teipſm̄ prebe exemplū
bonoꝝ operum in doctrina in inte
gritate in grauitate. Verbū ſanū
irreprehenſibile ut his qui ex adū
ſo ē vereatur nichil hn̄s malum
dice' de nobis. Seruos dominis ſuis
ſubditos ee̅. in omnibus fidem bo
nam oſtendentes ut doctrinam ſal
uatoris nr̄i dei ornent in omnibus
Apparuit eni̅ grā dei et ſaluatoris
nr̄i omnibus hominibus erudiēs

in ōmbus placentes nō contradicentes nō fraudēteſ

nos ut abnegantes impietatem et
ſecularia deſideria ſobrie et iuſte
et pie viuamus in hoc ſeculo ~~expe~~
expectantes beatam ſpem et aduē
tum glorie magni dei et ſaluatoris
nr̄i Ihu x̄. qui dedit ſemetipm̄ pro
nobis ut nos redimeret ab omni
iniquitate et mundaret ſibi popu
lum acceptabilem ſectatorem bonoꝝ
operū Hec loque et exhortare et
argue cū omni imperio Nemo te
contemnat Capitulum. iii.

Admone illos principibus et po
teſtatibus ſubditos eē. dicto obedirē
ad omne opus bonū paratos eē
Neminē blaſphemare nō litigioſos
eē. ſz modeſtos omnē oſtendentes
manſuetudinem ad omnes homi
nes Eramus enī aliqn̄ et nos inſi
pientes et increduli errantes ſerui
entes deſideriis et voluptatibus
variis. in malicia et inuidia agētes

odibiles. odientes inuicem Cum autē
benignitas et humanitas apparuit
ſaluatoris nr̄i dei. non ex operibus
iuſtitie que fecimus nos. ſ; ſecundū
miām ſuam ſaluos nos fecit ꝑ laua
crum regenerationis et renouatiōis
ſpūs ſcī quem effudit in nos abunde
ꝑ ihm̄ xpm̄ ſaluatorem nr̄m. ut
iuſtificati gratia ipſius heredes ſim9
ſcdm ſpē vite eterne Fidelis ſermo eſt
Et de his volo te confirmare. ut cu
rent bonis operibus preeſſe qui credunt
deo Hec ſunt bona et utilia homi
nibus Stultas autem queſtiones
et genealogias et contentiones et
pugnas legis deuita Sunt enī in
utiles et vane Hereticū hominē poſt
unam et ſecundā correptionem deui
ta. ſciens q; ſubuerſus ē qui eiuſmo
di ē. et delinquit cum ſit ꝓprio iudicio
condemnatus. Cum miſero ad te
arteman aut tythicū feſtina ad me

venire nicopolim. Ibi enim statui hyemare Zenam legis peritum et appollo sollicite premitte. ut michil illis desit. Discant autem et nostri bonis operibus preesse ad usus necessarios ut non sint infructuosi Salutant te qui mecum sunt omnes Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis Amen. Explicit epistola ad tytum. Incipit argumentum in epistolam ad philemonem

Philemoni familiares litteras facit pro onesimo servo eius. scribens ei ab urbe roma de carcere per supra scriptum onesimum Explicit argumentum. Incipit epistola pauli ad philemonem

Paulus vinctus christi Ihesu et timotheus frater philemoni dilecto adiutori nostro. et apphie sorori carissime et archippo commilitoni nostro et ecclesie

que in domo tua ē gratia vobis et pax
a deo prē nr̄o et domino ihū xp̄o. Gratias
ago deo meo. semp̄ memoriam tui faciēs
in orōnibus meis audiens caritatem
tuam et fidem quam habes in dn̄o
ihū et in omnes sanctos. ut cōmuni
catio fidei tue euidens fiat in agnitio
ne omnis operis boni in xp̄o ihū. Gau
diū enī magnū habui et consolatio
nem in caritate tua. quia viscera sanc
toꝝ requieuerunt p te frater. ppt' qd
multam fiduciam habens in xp̄o ihū
imperandi tibi quod ad rem ptinet
ppter caritatem magis obsecro cum sis
talis ut paulus senex nunc autem
et vinctus ihū xp̄i obsecro te pro meo fi
lio quem genui in vinculis onesimo
qui tibi aliquando inutilis fuit. nūc
autem et m̄ et tibi utilis quem remisi
tibi. Tu autem illū ut mea viscera
suscipe. Quem ego volueram ~~m~~ mecū
detinere. ut pro te michi ministraret

in vinculis euangelij Sine conſilio
autem tuo nihil volui facẽ ut ne ve-
lut ex neceſſitate bonū tuū eẽt. ſʒ vo
luntariū. Forſitan enī ideo diſceſſit
ad horam a te vt in eternū illum reci
pere^s iam non ut ſeruū. ſʒ pro ſeruo
cariſſimū fratrem maxime michi
Quanto autem magis tibi et in car-
ne et in domino Si ergo me habes
ſocium. ſuſcipe illū ſicut me Si au
tem aliquid nocuit tibi aut debet hoc
michi imputa Ego paulus ſcripſi
mea manu. ego reddam ut non dicā
tibi. qꝫ et te ipm̄ m̄ debes Ita frater
ego te fruar in domino refice viſcera
mea in xp̄o Confidens in obedientia
tua ſcripſi tibi ſciens qm̄ et ſup id
qd dico facies Simul et para m̄
hoſpitiū. nam ſpero p orōnes vr̄as
donari me vobis Salutat te epa-
phras concaptiuus meus in xp̄o
ihū Marcus ariſterchus. demas

et lucas adiutores mei Gratia domini nostri Jhesu christi cum spiritu vestro Amen Explicit epistola pauli ad philemonem. Incipit argumentum in epistolam ad hebreos.

In primis dicendum est cur apostolus paulus in hac epistola scribenda non servaverit morem suum. ut vel vocabulum nominis sui vel ordinis describeret dignitatem. Hec causa est quod ad eos scribens qui ex circumcisione crediderant quasi gentium apostolus et non hebreorum. sciens quoque eorum superbiam. suamque humilitatem ipse demonstrans meritum officii sui noluit ante ferre. Nam similimodo etiam iohannes apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non pretulit. Hanc ergo epistolam fertur apostolus ad hebreos conscriptam hebraica lingua misisse. cuius sensum et ordinem retinens lucas evangelista post excessum apostoli pauli greco sermone composuit. Expli

nt argumentum. Incipit epistola
pauli ad hebreos Capitulum. I. X.

Multipharie mul
tisque modis olim
deus loquens pa
tribus in prophetis
nouissime diebus
istis locutus est
nobis in filio. quem constituit heredem
uniuersorum per quem fecit et secula. Qui
cum sit splendor glorie et figura sub
stancie eius. portansque omnia verbo vir
tutis sue purgationem peccatorum faciens
sedet ad dexteram maiestatis eius in
excelsis tanto melior angelis effectus.
quanto differentius pre illis nomen
hereditauit. Cui enim dixit aliquando
angelorum filius meus es tu ego hodie
genui te. Et rursum. Ego ero illi in
patrem. et ipse erit michi in filium. Et cum
iterum introducit primogenitum
in orbem terre dicit. Et adorent eum

om̄s angeli dei Et angelos quidē
dicit Qui facit angelos ſuos ſpūs et
miniſtros ſuos flammam ignis
Ad filiū autem Tronus tuus deꝰ
in ſeculū ſeculi virga equitatis vir
ga regni tui Dilexiſti iuſticiam.
et odiſti iniquitatem. ꝓpterea vnxit
te deus deus tuus oleo exultacionis
pre ꝑticipibus tuis Et tu in principio
dn̄e terram fundaſti. et opera manu
um tuarum ſunt celi Ipi ꝑibunt.
tu autem ꝑmanebis. et omnes ut veſti
mentum veteraſcent Et velut ami
tum mutabis eos et mutabuntur
tu autem idem ipſe es et anni tui nō
deficient Ad quem angeloꝝ autem
dixit aliquando. ſede a dextris meis.
quoadusqȝ ponam inimicos tuos
ſcabellum pedum tuoꝝ. Nonne om̄s
ſunt ad miniſtratorij ſpūs in miniſ
terium miſſi ꝓpt' eos qui hereditatē
capiunt ſalutis. Capitulū. ij.

Propterea abundantius oportet obſeruare nos ea que audiuimus ne forte pereffluamus. Si enim per angelos dictus est ſermo. factus est firmus et ſi omnis preuaricatio et inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem Que cum initium accepiſſet enarrandi per dominum ab eis qui audierunt in nos confirmata est conteſtante deo ſignis et portentis et varijs virtutibus et ſpiritus ſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem Non enim angelis ſubiecit deus orbem terre futurum. de quo loquimur Teſtatus est autem in quodam loco quis dicens Quid est homo quod memor es eius aut filius hominis. quoniam viſitas eum Minuiſti eum paulominus ab angelis. gloria et honore coronaſti eum et conſti-

tuiſti eũ ſup opa manuũ tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius
In eo eñ ꝙ omnia ei ſubiecit. nihil
dimiſit nõ ſubiectũ ei Nunc autem
nec dum videmus omnia ſubiecta
ei Eũ autem qui modico ꝗ angelis
minoratus ẽ videmus Ihm ꝑt
paſſionem mortis gloria et honore
coronatum ut grã dei pro omnib9
guſtaret mortem. Decebat eñ eũ
propt quem omnia. et p quem
omnia. qui multos filios in glãm
adduxerat autorem ſalutis eoꝝ p
paſſionẽ conſummari. Qui eñ
ſanctificat et qui ſanctificantur ex
uno omnes Ppt quam cauſam
non confunditur frẽs eos vocare di
cens. Nunciabo nomẽ tuũ fratrib9
meis. in medio eccleſie laudabo te.
Et iterũ. Ego ero fidens in eũ. Et
iterũ. Ecce ego et pueri mei quos de
dit m̃ deus. Quia ergo pueri com

municauerūt carni et ſanguini. et ipſe
ſimiliter participauit eiſdē. ut p mortē
deſtrueret eum qui habebat mortis
imperium. id ē diabolum Et liberaret
eos qui timore mortis p totam vitā
obnoxii erant ſeruituti Nuſq̄ enī an-
gelos apprehendit. ſʒ ſemen abrahe
apprehendit. Vnde debuit p omnia fra-
tribus ſimilari. ut miſericors fieret et
fidelis pontifex ad deum. ut repropi-
ciaret delicta ppli In eo enī in quo paſſꝰ
ē ipſe et temptatus potens ē. et eis qui tē-
tant' auxiliari Capitulum. iii.

Unde fr̄es ſancti vocationis celeſtis
participes conſiderate apoſtolum et pon-
tificem confeſſionis nr̄e Ihm̄ qui fide-
lis ē ei qui fecit illum. ſicut et moyſes
in omni domo eius. Amplioris enī
glorie iſte p̄ moyſe dignus habitꝰ ē
quāto ampliorem honorem hēt dn̄s
qui fabricauit illam Omnis nāq̄ do-
mus fabricatur ab aliquo Qui autē

omnia creavit deus est. Et moyses quidem
fidelis erat in tota domo eius tanquam
famulus in testimonium eorum que dicenda
erant. Cristus vero tanquam filius in do-
mo sua. Que domus sumus nos si fi-
duciam et gloriam spei usque in finem
firmam retineamus. Quapropter
sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si vocem
eius audieritis. nolite obdurare corda
vestra. sicut in exacerbatione secundum diem
tentationis in deserto. ubi tentaverunt
me patres vestri. probaverunt et viderunt
opera mea. quadraginta annis. Propter
quod infensus fui generationi huic et
dixi semper hi errant corde. Ipsi autem
non cognoverunt vias meas quibus
iuravi in ira mea. si introibunt in re-
quiem meam. Videte fratres ne for-
te sit in aliquo vestrum cor malum incre-
dulitatis discedendi a deo vivo. Sed ad
hortamini vosmet ipsos per singulos
dies donec hodie cognominatur. ut

non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. participes enim xpi effecti sumus si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus dum dicitur. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbaverunt. sed non universi qui profecti sunt ab egipto per moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccaverunt. quorum cadavera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius nisi illis qui increduli fuerunt. Et videmus quia non potuerunt introire in requiem ipsius propter incredulitatem. Capitulum. iiij.

Timeamus ergo. ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius. existimetur aliquis ex vobis de

ee Etem̄ et nobis nuntiatum ē quem
admodum et illis. ꝫ non profuit illis
ſermo auditus non admixtus fidei ex
his que audierunt Ingredienur em̄ in
requiem qui credidimus quemadmo
dū dixit. Sicut iuravi in ira mea. ſi in
troibunt in requiem meam. Et quidē
operibus ab inſtitutione mundi pfectis.
dixit em̄ in quodam loco de die ſeptimā
ſic. et requievit deus die ſeptima ab
omnibus operibus ſuis Et in iſto rur
ſum. Si introibunt in requiem meā
Quoniam ergo ſupē introire quoſ
dam in illam et hi quibus prioribus
annūciatum ē. non introierunt ꝓpt
incredulitatem Iterum terminat diē
quendam hodie in david dicendo poſt
tantum temporis ſicut ſupra dictū eſt.
hodie ſi vocem eius audieritis nolite
obdurare corda vrā. Nam ſi eis Ihūs
requiem preſtitiſſꝫ nūquꝫ de alia loque
retur poſt hac die Itaqꝫ relinquitur

ſabbatiſſimus ꝑplō dei. Qui em̄ in
greſſus ē in requiem eius. etiam ipſe
requieuit ab operibus ſuis ſicut et a
ſuis deus Feſtinemus ergo ingredi
in illam requiem. ut ne in idipm̄ quis
incidat incredulitatis exemplū. Vi
uus ē em̄ ſermo dei et efficax et pene-
trabilior omni gladio ancipiti. et ptin-
gens uſqȝ ad diuiſionem aīe ac ſpūs.
compagum quoqȝ ac medullarum. et
diſcretor cogitationū et intentionū cordis
Et non ē ulla creatura inuiſibilis in
conſpectu eius. omnia autem nuda et
apta ſunt oculis eius ad quem nobis
ſermo. Hn̄tes ergo pontificem magnū
q penetrauit celos Ihm̄ filiū dei tenea
mus ſpei nr̄e confeſſionem Non em̄
habemus pontificem qui non poſſit
compati infirmitatibus nr̄is. Temptatū
autem ꝑ omnia ꝑ ſimilitudine abſqȝ
peccato Adeamus ergo cū fiducia ad tro-
nū grē eius ut miām cōſequamur et

et gratiam inueniamus in auxilio opor-
tuno **Capitulum. v.**

Omnis namque pontifex ex homi-
nibus aſſumptus pro hominibus
conſtituitur in his que ſunt ad deum
ut offerat dona et ſacrificia pro peccatis.
Qui condolere poſſit his qui ignorant
et errant. quoniam et ipſe circumdatus
eſt infirmitate. propterea debet quemad-
modum pro populo. ita etiam pro ſe-
metipſo offerre pro peccatis. Nec quiſque
ſumit ſibi honorem ſed qui vocatur
a deo tanquam aaron. Sic et chriſtus non
ſemetipſum clarificauit ut pontifex
fieret. ſed qui locutus eſt ad eum. Filius
meus es tu. ego hodie genui te. Que-
admodum et in alio loco dicit. Tu es
ſacerdos in eternum ſecundum ordinem
melchiſedech. Qui in diebus carnis
ſue preces ſupplicationeſque ad eum qui
poſſit illum ſaluum facere a morte. cum

clamore valido et lachrimis offerēs.
exauditus ē pro sua reverentia.
Et quidem cū eēt filius dei didicit
ex his que passus ē. obedientiā
et cōsūmatus factus ē omnibus ob
temperantibus sibi causa salutis
eterne. appellatus a deo pontifex.
iuxta ordinem melchisedech. De q̄
nobis grandis sermo et interpreta
bilis ad dicendū. quoniā inbecilles
facti estis ad audiendū. Etenim cū de
beretis magistri eē ꝓpter tempus.
rursum indigetis. ut vos doceamī
que sint elementa exordii sermo
nū dei. et facti estis quibus lacte
opus sit non solido cibo. Omnis
enī qui lactis ē particeps expers ē
sermonis iustitie. Parvulus enī
ē. Perfectorū autem ē solidus cibus
eorū qui pro ipsa consuetudine exerci
tatos habent sensus ad discretionem
boni ac mali. Capitulum. vj.

Quappt' intermittentes inchoati
onis x̄ ſermonem ad pfectionem fera
mur. non rurſum iacientes fundamē
tum penitencie ab operibus mortuis
et fidei ad deū baptiſmatum doctrine
impoſitionis quoqȝ manuū ac reſur
rectionis mortuoꝝ et iudicij eterni
Et hoc faciemus ſiquidem pmiſerit
deus Impoſſibile em̄ ē eos qui ſemel
ſunt illuminati. guſtauerūt etiam
donum celeſte et participes facti ſᵗ
ſpūs ſancti. Guſtauerunt nichilomi
nus bonum dei v̄bum virtuteſqȝ ſecu
li venturi et prolapſi ſunt. rurſus re
nouari ad penitentiam. rurſum cruci
figentes ſibimetipſis filium dei et oſten
tui habentes. Terra em̄ ſepe venientē
ſup ſe bibens imbrem et germinans
herbam oportunam illis a q̄bus co
litur accipit benedictionē a deo. profe
rens autem ſpinas ac tribulos repro
ba ē et maledicto proxima cuius

conſūmatio in combuſtionem
Confidimus autem de vobis di
lectiſſimi meliora et viciniora ſa
luti tam et ſi ita loquimur. Nō
enī iniuſtus deus vt obliuiſcatur
operis vrī et dilectionis quam
oſtendiſtis in nomine ipſius qui miniſtraſtis ſcīs et
miniſtratis. Cupimus autem vnū
quemq; vrm̄ eandē oſtentare ſolli
citudinem ad expletionem ſpei
uſq; in finem vt non ſegnes effici
amini. verū imitatores eoꝝ qui
fide et patientia hereditabunt ꝑ
miſſiones Abrahe namq; promit
tens deus qm̄ neminem habuit
ꝑ quem iuraret maiorem iura
uit ꝑ ſemetipſm̄ dicens Niſi bndi
cens benedicam te. multiplicās
multiplicabo te et ſic longanimi
t̄ ferens adeptus ē repromiſſionē
Homines enī ꝑ maiorem ſui iu
rant. et omnis controuerſie eoꝝ

finis ad confirmationem ē iura
mentum In quo abundantius
volens deus oſtendē pollicitatio
nes heredibus īnobilitatem con
ſilii ſui interpoſuit iuſiurandū
ut p duas res inmobiles quib9
inpoſſibile ē mentiri deū fortiſſi
mum ſolatium habeamus qui
confugimus ad tenendam propo
ſitam ſpem quam ſicut anchorā
habemus anime tutam ac firmā
et incedentem uſq; ad interiora ve
laminis. ubi precurſor pro nobis
introivit ihūs ſecundum ordinē
melchiſedech. pontifex factus in e
ternū Capitulū. vij.

Hic enī melchiſedech rex ſalem
ſacerdos dei ſummi qui obvia
vit abrahe regreſſo a cede regum
et benedixit ei. cui et decimas om
nium diviſit abraham pmum
quidem qui inťpretatur rex iuſ

salem qđ ē rex

ticie. deinde autem et rex pacis sine
patre sine matre. sine genealogia.
neqꝫ initiū dierū nec finem vite
habens. assimilatus autem filio
dei manet sacerdos in ppetuum
Intuemini autem quantus sit
hic. cui et decimas dedit de preci-
puis abraham patriarcha Et quidē
de filiis levi sacerdotium accipien-
tes. mandatum habent decimas
sumē a populo secundū legem id ē
a fratribus suis quāquā et ipsi exierint
de lumbis abrahe. Cuius autem
generatione non annumeratur
in eis. decimas sumpsit ab abraā.
et hunc qui habebat repromissiões
benedixit Sine ulla autem contra-
dictione quod minus ē a meliore
benedicitur Et hic quidem decimas
morientes homines accipiunt. ibi
autem contestatur quia vivit Et ut
ita dictum sit p abraham et levi qui

decimas accepit decimatus ē. Adhuc
enī in lumbis pr̄is erat. quando ob-
uiauit ei melchiſedech. Si ergo conſū-
matio p ſacerdotiū leuiticū erat popul9
enī ſub ipō legem accepit. quid adhuc
neceſſarium fuit ſecundum ordinem
melchiſedech aliū ſurgere ſacerdotem
et non ſecundū ordinem aaron dici.
Tranſlato enī ſacerdotio. neceſſe eſt
vt legis tranſlatio fiat. In quo enī h̃
dicuntur de alia tribu eſt de qua null9
altario preſto fuit. Manifeſtum ē enī
q̄ ex iuda ortus ſit dominus nr̄ in q̄
tribu nichil de ſacerdotibus moyſes
locutus ē. Et amplius adhuc mani-
feſtū ē ſecundum multitudinē melchi-
ſedech exſurgat alius ſacerdos qui nō
ſcd̄m legem mandati carnalis fact9
ē. ſcd̄m virtutem vite inſolubilis. Con-
teſtatur enī. qm̄ tu es ſacerdos in eternū ſcd̄m
ordinem melchiſedech. Reprobatio
quidem fit precedentis mandati

pt̄ infirmitatem eius et inutilitatem
Nichil enī ad pfectū adduxit lex Intro
ductio vero melioris spei p quam prox
imamus ad deū Et quantum ē. nō
sine iureiurando Alij quidem sine
iureiurando peū qui dixit ad illum
Iuravit dominus et non penitebit
eum. tu es sacerdos ineternū Intan
tū melioris testamenti sponsor factus
ē Ihūs Et alij quidem plures facti
sunt sacerdotes Idcirco q morte pro
hiberent permanere. hic autem eo q ma
neat ineternū sempiternum habet
sacerdotium Unde et saluare in ppe
tuū potens accedens p semetipm ad deū
semp viuens ad interpellandum pro
nobis Talis enī decebat ut nobis eēt
pontifex sanctus innocens. impollut9
segregatus a peccatoribus et excellen
tior celis factus Qui non habet neces
sitatem quotidie quemadmodum
sacerdotes prius pro suis delictis host
// iureiurando sacerdotes facti sunt. hic autem cum.

ds offerre. deinde pro populo hoc em̄
fecit semel se offerendo Lex em̄ con
stituit homines sacerdotes infirmi
tatem habentes sermo autem iurisiur
andi qui post legem ē filiū ineternū
pfectum. Capitulum. .viii.

Capitulum autem sup ea que di
cuntur Talem habemus pontificē
qui consedit in dextera sedis mag
nitudinis in celis sanctoꝝ minister
et tabernaculi veri qd' fixit deus et
non homo Omnis em̄ pontifex
ad offerendum munera et hostias
constituitur. Vn̄ necesse ē huc habē
aliquid quod offerat. Si ergo eēt
sup terram nec eēt sacerdos cum
eēnt qui offerrent scd'm legem munera
qui exemplari et umbre deseruiunt ce
lestiū. sicut responsum ē moysi cum consum
maret tabernaculum Vide inquit. oīa
facito secundum exemplar. quod
tibi ostensum ē in monte. Nunc aute

melius ſortitus ē miniſterium quāto
et melioris teſtamenti mediator eſt.
qđ in melioribus repromiſſionibus
ſanxitum ē. nam ſi illud prius culpa
vacaſſet. non vtiqȝ ſecundi locus in
quireretur. Vituperans eñ eos dix
it Ecce dies venient dicit dominus.
et conſummabo ſup domum iſra
el et ſup domum iuda teſtamentū
nouū non ſcđm teſtamentum quod
feci patribus eoꝝ in die qua appre
hendi manum eoꝝ vt educēm illos
de terra egypti. quoniam ipī non
pmanſerunt in teſtamento meo. et
ego neglexi eos dicit dominus. quia
hoc ē teſtamentum qđ diſponam
domui iſrael poſt dies illos dicit dn̄s.
dando leges meas in mentem eoꝝ et in corda
eoꝝ ſupſcribam eas. et ero eis in de
um. et ipī erunt michi in populū
Et non docebit vniuſquiſqȝ proxi
mū ſuum et vniuſquiſqȝ fratrem

ſuum dicens Cognoſce dominum. quoniam omnes ſcient me a minore uſque ad maiorem. quia propicius ero iniquitatibus eorum. et peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum ueterauit prius. Quod autem antiquatur et ſeneſcit prope interitum est. ix.

Habuit quidem et prius iuſtificationes culture et ſanctum ſeculare. Tabernaculum enim factum est primum. in quo erant candelabra et menſa et propoſitio panum que dicitur ſancta post uelamentum autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum. aureum habens ^ mannam. et uirga aaron que fronduerat et tabule teſtamenti ſuper que erant cherubin glorie obumbrancia propiciatorium. de quibus non est modo dicendum per ſingula. His uero ita compoſitis in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum officia conſumm

^ thuribulum et archam teſtamenti circumtectam omni parte auro. in qua urna aurea habens

mantes in ſecundo autem ſemel in āno
ſolus pontifex non ſine ſanguine quē
offerret pro ſua et populi ignorantia.
hoc ſignificante ſpū ſcō. nondum pro-
palatam eē ſanctoꝝ viam adhuc priore
tabernaculo habente ſtatū. Que pa-
rabola ē temporis inſtantis iuxta quā
munera et hoſtie offeruntur que non
poſſunt iuxta conſcientiam pfectum
facē ſeruientem. ſolūmō in cibis et
in potibus et in variis baptiſmatibus
et iuſticiis carnis uſqꝫ ad tempus cor-
rectionis impoſitis Criſtus autem aſſiſ-
tens pontifex futuroꝝ bonoꝝ p amplius
et pfectius tabernaculū nō manufactū
id ē non huius creationis. neqꝫ p ſanguinē
hyrcoꝝ aut vituloꝝ. ſꝫ p ppium ſangui-
nem introiuit ſemel in ſcta. eterna
redemptione inuenta. Si enī ſang-
uis hyrcoꝝ aut thauroꝝ et cinis vitule
aſperſus. inquinatos ſanctificat ad
emundationem carnis. quāto magis

ſanguis xp̄i qui p̄ ſpm̄ ſanctum ſemetipꝫ
obtulit immaculatū deo. emundauit
conſcientiam noſtram ab operibus
mortis ad ſeruiendū deo viuenti. Et
ideo noui teſtamenti mediator ē vt
morte intercedente in redemptionem
earum preuaricationum que erant
ſub priori teſtamento repromiſſionē
accipiant qui vocati ſunt eterne here
ditatis. Ubi enī teſtamentum ē. mors
neceſſe ē. intercedat teſtatoris. Teſta
mentū enī in mortuis confirmatū ē
alioquin nondū valet dum viuit q̄
teſtatus ē. Lecto enī omni mandato
legis a moyſe vniuerſo populo. acci
piens ſanguinem vitulorum et hircorum
cum aqua et lana coccinea et yſopo.
ipm̄ quoqꝫ librum et omnem popu
lum aſperſit dicens. Hic ſanguis teſ
tamenti quod mandauit ad vos. Etiā
tabernaculum et omnia vaſa miniſ
terij ſanguine ſimiliter aſpſit. Et oīa

Vnde nec p̄mum q̄dem ſanguine dedicatū ē

pene in ſanguine ſcd'm legem mūdat'
et ſine ſanguinis effuſione non fit
remiſſio. neceſſe ē ergo exemplaria
quidē celeſtium his mundari. ipā
autem celeſtia melioribus hoſtiis
q̄ iſtis Non eñ in manu facta ſanc
ta ih'ūs introiit exemplaria veror'.
ſ; in ipm̄ celum ut appareat nunc
vultui dei pro nobis. Neq; ut ſepe
offerat ſemetipm̄. quēadmodū pō
tifex intrat in ſancta p ſingulos
annos in ſanguine alieno Alioqn
oportebat eū frequent' pati ab origi
ne mundi. nunc autem ſemel in con
ſummatione ſeculor' ad deſtitutionē
pcc̄i p hoſtiam ſuam apparuit Et
quem admodum ſtatutum ē homi
nibus ſemel mori. poſt hoc autem
iudicium. ſic et xp̄us ſemel oblatus
ē ad multor' exhaurienda peccata. ſe
cundo ſine pcc̄o apparebit omībus exper
tantibus ſe in ſalutem. Capitulū. x.

Umbram em̄ habens lex futuroꝝ
bonoꝝ non ipām imaginem rerum
ꝑ ſingulos annos eiſdem ipīs hoſtijs
quas offerunt indeſinent nunq̄ po
teſt accedentes ꝑfectos facere. alioquin
ceſſaſſent offerri. ideo q̄ nullam ha-
berent ultra conſcientiam pcc̄i culto
res ſemel mundati. ſ; in ipīs comme
moratio pcc̄oꝝ ꝑ ſingulos annos fit
Impoſſibile em̄ ē ſanguine thauroꝝ
et hircoꝝ auferri pcc̄a Ideo ingrediens
mundum dicit Hoſtiam et oblatio-
nem noluiſti. corpus autem aptaſti
m. Holocauſtomata et pro pcc̄o nō
tibi placuerunt Tunc dixi. Ecce ve-
nio. In capite libri ſcriptū ē de me.
ut faciam deus voluntatem tuam
ſuperius dicens. quia hoſtias et
oblationes et holocauſtomata et
pro pcc̄o noluiſti. nec placita ſunt
tibi ~~ſecundū~~ que ſecundū legem of-
feruntur. tunc dixi ecce venio. ut

faciam deus voluntatem tuam aufert
primum vt ſequens ſtatuat. In qua
voluntate ſanctificati ſumus per ob-
lacionem corporis xpi Ihu ſemel. Et
omnis quidem ſacerdos preſto est coti-
die miniſtrans et eaſdem ſepe offe-
rens hoſtias que non poſſunt auferre
peccata. Hic autem vnam pro peccatis offe-
rens hoſtiam in ſempiternum ſedet in
dextera dei. de cetero expectans donec
ponantur inimici eius ſcabellum
pedum eius. Vna enim oblatione
conſummauit in ſempiternum ſancti-
ficatos. Conteſtatur autem nos et
ſpiritus ſanctus. Poſtquam enim dixit. Hoc
autem teſtamentum quod teſtabor ad
illos poſt dies illos dicit dominus. dabo
leges meas in cordibus eorum et in
mentibus eorum ſuperſcribam eas. et
peccatorum et iniquitatum eorum iam non
recordabor amplius. Vbi autem
horum remiſſio. iam non est oblatio pro

pn̄o Habentes itaq; fratres fiducia̅
in introitu̅ ſanctoꝝ in ſanguine xp̄i
quam initiavit nobis viam novam
et viventem p velame̅. i. carnem ſua̅
et ſacerdotem magnu̅ ſup domum
dei accedamus cum vero corde in ple
nitudine fidei aſpſi corda a conſcien-
tia mala et abluti corpus aqua mu̅da
teneamus ſpei nr̄e confeſſionem inde-
clinabilem. Fidelis em̅ e̅ qui repromi
ſit. Et conſideremus invicem in pvo-
cationem caritatis et bonoꝝ operu̅
non deſerentes collectionem nr̄am
ſicut conſuetudinis e̅ quibuſdam
ſȝ conſolantes et tantomagis q̄to vi-
deritis appropinquantem diem. Vo-
luntarie em̅ peccantibus nobis poſt
acceptam notitiam veritatis. iam
non relinquitur pro pc̄is hoſtia. ter-
ribilis autem quedam expectatio
iudicij. et ignis emulatio que conſump-
tura e̅ adverſarios. Irrita̅ quis

faciens legem moyſi ſine ulla miſericordia
duobus uel tribus teſtibus moritur.
quantomagis putatis deteriora mereri
ſupplicia qui filium dei conculcauerit.
et ſanguinem teſtamenti pollutum
duxerit in quo ſanctificatus eſt. et ſpiritui
gratie contumeliam fecerit. Scimus enim
qui dixit michi vindictam et ego retri
buam. Et iterum. quia iudicabit dominus
populum ſuum. Horrendum eſt incidere
in manus dei viuentis. Rememora
mini autem priſtinos dies in quibus
illuminati magnum certamen ſuſti
nuiſtis paſſionum. et in altero quidem
opprobriis et tribulationibus ſpectacu
lum facti. in altero autem ſocii taliter
conuerſantium effecti. Nam et vinc
tis compaſſi eſtis. et rapinam bono
rum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis cog
noſcentes vos habere meliorem et
manentem ſubſtantiam. Nolite ita
que amittere confidentiam veſtram que

magnam habet remuneratione͂
Patientia em͂ vobis neceſſaria eſt
vt voluntatem dei facientes reporte-
tis promiſſionem Adhuc em͂ modi-
cum aliquantulum qui venturus
e͂ veniet et non tardabit. iuſtus
autem meus ex fide viuit. q͞ ſi ſub-
traxerit ſe, non placebit anime mee
Nos autem ſumus no͂ ſubſtractio-
nis filij in p̄ditionem. ſ; fidei in ac-
quiſitionem anime. Capitulu͂. xi.
Eſt autem fides ſperandaru͂ ſub-
ſtantia reru͂ argumentum non
apparentiu͂ In hac em͂ teſtimoni-
um conſecuti ſunt ſenes. Fide in-
telligimus aptata e͞e ſcl'a v̄bo dei. vt
ex inuiſibilibus viſibilia fierent
Fide plurimam hoſtiam abel q̄
cayn obtulit deo p̄ quam teſtimo-
nium conſecutus eſt e͞e iuſtus. teſti-
monium p̄hibente muneribus ei9
deo. et p̄ illam defunctus adhuc

loquitur. Fide enoch translatus ē ne
videret mortem. et non inveniebat:
q2 transtulit illum dominus. Añ traſ
lationem eñ testimoniū habuit pla
cuiſſe deo. Sine fide autem impoſſi
bile ē placē deo. Credē eñ oportet
accedentem ad deum quia ē. et inq̄
rentibus ſe remunerator ſit. Fide noe
reſponſo accepto de his que adhuc
no videbantur metuens aptavit
arcam in ſalutem domus ſue p quā
damnavit mundū. et iuſtitie que
p fidē eſt = heres ē inſtitutus. Fide
qui vocatur abraā obedivit in locū
exire quem accepturus erat in he
reditatem. et exiit neſciens quo iret
Fide demoratus ē in terra repromiſ
ſionis tanq̄ in aliena. in caſulis
habitando cū yſaac et iacob cohere
dibus repromiſſionis eiuſdem. Ex
pectabat eñ fundamenta habentē
civitatem cuius artifex et conditor

deus. Fide et ipſa ſara ſterilis virtu-
tem in conceptione ſeminis accepit
etiam preter tempus etatis quoniam fi-
delem credidit eſſe eum qui repromi-
ſerat. Propter quod et ab uno orti ſunt
et hoc emortuo tamquam ſidera celi
in multitudinem. et ſicut harena
que eſt ad oram maris innumera-
bilis. Iuxta fidem defuncti ſunt
omnes iſti. non acceptis repromiſ-
ſionibus ſed a longe eas aſpicientes
et ſalutantes et confitentes. quia
peregrini et hoſpites ſunt ſuper
terram. Qui enim hec dicunt. signi-
ficant ſe patriam inquirere. Et
ſiquidem ipſius meminiſſent de qua
exierunt habebant utique tempus
revertendi. Nunc autem meliorem
appetunt. i. celeſtem. Ideo non con-
funditur deus vocari deus eorum.
Paravit enim illis civitatem. Fi-
de obtulit abraham yſaac cum temptaretur.

tabetur. et unigenitū offerebat in quo
susceperat repromissiones. ad quem dic
tum ē. q: in ysaac vocabitur tibi se
men. arbitrans quia et a mortuis susci
tare potens ē deus. Unde eum et in pa
rabolam accepit. Fide. et de futuris bñ
dixit ysaac iacob et esau. Fide. iacob
moriens singulos filioꝝ ioseph bñdixit.
et adoravit fastigium virge eius. Fide.
ioseph moriens de profectione filioꝝ is
rael memoratus ē et de ossibus suis
mandavit. Fide moyses natus occul
tatus ē mensibus tribus a parentibus
suis. eo ꝙ vidissent elegantem infantē.
et non timuerunt regis edictum. Fide.
moyses grandis factus negavit se ēē
filium filie pharaonis magis eligēs
affligi cum populo dei ꝗ̃ temporalis
pctī habere iocunditatem. maiores
divitias estimans thesauro egyptioꝝ
improperiū xp̄i. Aspiciebat eñ in remu
nerationem. Fide. reliquit egyptum

non veritus animositatem regis. Invisibilem
enim tanquam videns sustinuit. Fide. celebra
uit pascha et sanguinis effusionem ne
qui vastabat primitiua. tangeret eos
Fide. transierunt mare rubrum tanquam
per aridam terram. quod experti egyptii
deuorati sunt. Fide. muri iericho cor
ruerunt circuitu dierum septem. Fide.
raab meretrix non periit cum incredulis
excipiens exploratores cum pace. Et quid
adhuc dicam. Deficiet enim me tempus enar
rantem. de gedeon barach sanson iepte.
dauid samuel. et prophetis qui per fidem vi
cerunt regna operati sunt iustitiam adep
ti sunt repromissiones. Obturauerunt
ora leonum. extinxerunt impetum ignis.
Effugauerunt aciem gladii. conualuerunt
de infirmitate. fortes facti sunt in bello.
Castra verterunt exterorum. acceperunt
mulieres de resurrectione mortuos
suos. Alii autem distenti sunt non sus
cipientes redemptionem. vt inuenirent

meliorem resurrectionem. Alij vero ludibria
et verbera experti insuper et vincula et car-
ceres. lapidati sunt. secti sunt. temptati sunt
in occisione gladij mortui sunt. Circuie-
runt in melotis in pellibus caprinis
egentes. angustiati afflicti. quibus dig-
nus erat mundus in solitudinibus er-
rantes in montibus et in speluncis et
in cavernis terre. Et hij omnes testimo-
nio fidei probati non acceperunt repro-
missionem. deo pro nobis melius aliquid
providente ut non sine nobis consum-
marentur Capitulum . xij.

Ideoque et nos tantam habentes in-
positam nubem testium deponentes
omne pondus et circumstans nos peccatum
per patientiam curramus ad propositum
nobis certamen. aspicientes in auctorem
fidei et consummatorem Ihesum. qui propo-
sito sibi gaudio sustinuit crucem confusione
contempta atque in dextera sedis dei sedet
Recogitate enim eum qui talem sustinuit

a peccatoribus aduersus semetipsum
contradictionem ut non fatigemini
animis vestris deficientes. Nondum
enim usque ad sanguinem restitistis ad
uersus peccatum repugnantes. et obliti
estis consolationis. que vobis tamquam
filijs loquitur dicens Fili mi noli ne-
gligere disciplinam domini. neque fa-
tigeris dum ab eo argueris. Quem
enim diligit dominus castigat. flagellat
autem omnem filium quem recipit
In disciplina perseuerate Tamquam filijs
vobis offert se deus. Quis enim filius
quem non corripit pater. Quod si extra
disciplinam estis. cuius participes fac
ti sunt omnes. ergo adulteri et non
filij estis. Deinde patres quidem car
nis nostre eruditores habuimus et re
uerebamur eos. Non multo magis
obtemperabimus patri spirituum et
viuemus. Et illi quidem in tempore
paucorum dierum secundum voluntatem

ſuam erudiebant nos. hic autem ad
id quod utile est in recipiendo ſanctifica
cionem eius. Omnis autem diſci
plina in preſenti quidem videtur non
eſſe gaudii ſed meroris. poſtea autem
fructum pacatiſſimum exercitatis
per eam reddet iuſticie. Propter quod remiſ
ſas manus et ſoluta genua erigite.
et greſſus rectos facite pedibus veſtris
ut non claudicans quis erret. magis
autem ſanetur. Pacem ſequimini
cum omnibus et ſanctimoniam.
ſine qua nemo videbit deum. Con
templantes ne quis deſit gratie
dei. ne qua radix amaritudinis ſur
ſum germinans impediat. et per illam
inquinentur multi. Ne quis forni
cator aut prophanus ut eſau. qui propter
unam eſcam vendidit primitiva
ſua. ſcitote enim quoniam et poſtea cupiens
hereditare benedictionem reprobatus
est. Non enim invenit penitentie

locum. q̃z ꝗ̃ cũ lacrimis inquiſiſſet
eam. Non enĩ acceſſiſtis ad tractabilẽ
et acceſſibilem ignem et turbinem et
caliginem et procellam et tube ſonum
et vocem v̓bor̃. quam qui audierũt
excuſauerũt ſe ne eis fieret v̓bum.
Non enĩ portabant qđ dicebatur. et
ſi beſtia tetigerit montem. lapidabitur
Et ita terribile erat quod videbatur
Moyſes dixit Exterritus ſum et tre
mebundus. Sꝫ acceſſiſtis ad ſyon mõtẽ
et ciuitatem dei viuentis hieruſalem
celeſtem et multor̃ milium angelor̃
frequentiam et eccleſiam primitiuor̃
qui conſcripti ſunt in celis. et iudicem
omniũ deum et ſpiritum iuſtor̃ ꝑfector̃
et teſtamenti noui mediatorem Ihm̃
et ſanguinis aſpſionem melius loquẽ
tem. Si enĩ illi non effugerunt recuſan
tes eum qui ſup terram loquebatur.
q̃z abel. Videte ne recuſetis loquentem
multo magis nos qui de celis loquẽtẽ

nobis auertimus. cuius vox mouit terram
tunc. nūc repromittit dicens adhuc ſe-
mel et ego mouebo non ſolum terram
ſʒ et celum. Quod adhuc ſemel dicit. aūt
declarat mobiliū tranſlationem tanqꝫ
factoꝝ. vt maneant ea que ſunt īmobi-
lia. Itaqꝫ regnū īmobile ſuſcipientes
habemus graciam p quam ſeruiamus
placentes deo cū metu et reuerencia. Et-
enim deus nr̄ ignis conſumens ē:
Caritas fraternitatis maneat. xiij.
in vobis. et hoſpitalitatē nolite obliuiſci
p hanc em̄ placuerunt quidam angelis
hoſpitio receptis. Mementote vinctoꝝ
tanqꝫ ſimul vincti. et laborantiū tanqꝫ
et ipſi in corpore morantes. Honorabile
connubium in omnibus. et thorus īma-
culatus. Fornicatores em̄ et adulteros
iudicabit deus. Sint mores auaricia ſine
contenti p̄ſentibus. Ipſe em̄ dixit. Non te
deſeram neqꝫ derelinquam ita ut confidēt
dicamus. Dominus m̄ adiutor ē non

timebo quid faciat michi homo. Me-
mentote prepoſitorum veſtrorum qui vobis lo-
cuti ſunt verbum dei. quorum intuentes
exitum conuerſationis imitamini fi-
dem Jheſus xpiſtus heri et hodie ipſe et in
ſecula. Doctrinis varijs et peregri-
nis nolite abduci. Optimum eſt enim gratia
ſtabilire cor non eſcis que non profue-
runt ambulantibus in eis. Habemus
altare de quo edere non habent poteſtatem
qui tabernaculo deſeruiunt. Quorum
enim animalium infertur ſanguis pro
peccato in ſancta per pontificem horum corpora
cremantur extra caſtra. Propter quod et
Jheſus vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem
populum extra portam paſſus eſt.
Exeamus igitur ad eum extra caſtra
improperium eius portantes. Non
enim habemus hic manentem ciuitatem
ſed futuram inquirimus. Per ipſum
ergo offeramus hoſtiam laudis ſemper
deo. id eſt fructum labiorum confitentium no-

mini eius Beneficiẽtie aũt et cõmunio
nis nolite obliuisci. Talibus eñ hostiis
promeretur deus. Obedite prepositis
vr̃is et subiacete eis. Ipsi eñ puigilant
quasi rationem pro animabus vr̃is
reddituri vt cũ gaudio hoc faciant et
non gementes. Hoc eñ nõ expedit vobis
Orate pro nobis confidimus eñ. q̃
bonam conscientiam habemus in om
bus bene volentes conuersari. Amplius
autem deprecor vos hoc face͛. quo celerius
restituar vobis. Deus autem pacis
qui eduxit de mortuis pastorem mag
nũ ouiũ in sanguine testamenti eterni
dominum nr̃m Ihm̃ xpm̃ aptet vos
in omni bono vt faciatis eius volunta
tem. faciens in vobis qd̕ placeat coram
se p Ihm̃ xpm̃. cui est gloria in secula
seculoꝝ Amen. Rogo autem vos fra
tres vt sufferatis v̄bum solatii. Ete
nim p paucis scripsi vobis. cognoscite
fratrem vr̃m timotheum dimissum

cū quo ſi celerius venerit videbo vos
Salutate omnes prepoſitos vr̄os et
omnes ſanctos. Salutant vos de ita
lia fratres. Gratia cum omnibus vobis
Amen:

Explicit Epiſtola. Pauli ad he
breos:

Incipit prologus in septem eplās ca-

Non ita ē ordo ¶nonitas apud grecos qui integre sapiunt. fidemqꝫ rectam sectantur epistolarū septē. que canonice nuncupātur sicut in latinis codicibus inuenitur. vt quia petrus ē primus in ordine apostoloꝝ. prime sint etiam eius epistole in ordine ceterarum Sꝫ sicut euangelistas dudū ad veritatis lineam correximus. ita has proprio ordi ni deo iuuante reddidimus Est enī pma earum vna Jacobi. due Petri. tres Jo hannis et iude vna Que sicut si ab eis digeste sunt. ita quoqꝫ ab interpretibus fideliter in latinum verterentur eloqui um. nec ambiguitatem legentibus face rent. nec sermonum sese varietas in pugnaret illo precipue loco vbi de vni tate trinitatis in prima iohannis epi stola positum legimus. in qua etiā ab infidelibus translatoribus multū

erratum ēē a fidei veritate comperi-
mus trium tantummodo vocabula
hoc ē aque sanguinis et spūs in ipā
sua editione ponentibus et patris
ubiqz ac spūs testimonium omittentib⁹
in quo maxime et fides catholica ro-
boratur. et patris et fily et spūs sancti
una divinitatis substancia compro-
batur In ceteris vō epistolis quantū
a nostra alioꝝ distet editio. lectoris
prudentie derelinquo Sȝ tu virgo x̄
eustochium dū a me inpensius scri-
pture veritatem inquiris meam quo-
dammodo senectutem invidoꝝ dentib⁹
corrodendam exponis qui me falsarium cor-
ruptoremqȝ scāꝝ pronuntiant
scripturarū Sȝ ego in tali opere nec
emuloꝝ meoꝝ invidentiam ptimes-
co. nec sancte scripture veritatem pos-
centibus denegabo Explicit prolo-
gus in septem eplās canonicas
Incipit argumentū in easdem:

Iacobus. petrus. iohannes. et iudas ſeptem epiſtolas ediderunt tam myſticas quam ſuccinctas et breues pariter ac longas in ſententijs. ut rarus ſit qui non in earum caecutiat lectione. Explicit argumentum in ſeptem epiſtolas canonicas

lõgas breues ĩ v̄bis

Incipit argumentum in epiſtolam canonicam beati iacobi apoſtoli :

Iacobus apoſtolus ſanctum inſtruit clerum de cultura celeſtium preceptorum et regula catholice obſeruantie et de iniuncte patientie maieſtate et de reuelatione plurimorum et de mendacio magiſtrorum. Explicit argumentum. Incipit epiſtola canonica beati iacobi apoſtoli :

Iacobus dei et domini noſtri Ihesu christi ſeruus duodecim tribubus que ſunt in diſperſione ſalutem. Omne gaudium exiſ-

timate fratres mei cum in temptationes vari-
as incideritis. ſcientes ꝙ probacio fidei
veſtre pacienciam opatur Paciencia
autem opus pſectū habeat ut ſitis p-
fecti et integri et in nullo deficientes
Si quis autem veſtrū indiget ſapientia
poſtulet a deo qui dat omnibus afflu-
enter et non improperat et dabitur
ei Poſtulet autem in fide nichil heſi-
tans. qui enī heſitat ſimilis ē fluctui
maris qui a vento movetur et circūfer-
tur Non ergo eſtimet homo ille ꝙ acci-
piat aliquid a domino Vir duplex
animo inconſtans ē in omnibus viis
ſuis Glorietur autem frater humilis
in exaltacione ſua. dives autem in hu-
militate ſua. qm̄ ſicut flos feni tranſibit
Exortus ē enī ſol cū ardore. et arefe-
cit fenum et flos eius decidit. et decor
vultus eius deperiet Ita et dives in
itineribus ſuis marceſcet. Btūs vir q̄
ſuffert temptacionem quoniam cum pro

batus fuerit accipiet coronam vite quā
repromisit deus diligentibus se. Nemo
cum tentatur dicat. quoniam a deo tentat[ur]
Deus enī intentator maloꝝ ē. Ipē autē
neminem tentat. Unusquisque vero
tentatur a concupiſcentia ſua abſtract[us]
et illectus. Deinde concupiſcentia cum con
ceperit parit pctm̄. pctm̄ vero cum con
ſummatum fuerit generat mortem
Nolite itaque errare fratres mei dilec
tiſſimi. Omne datum optimū et om
ne donū pfectum deſurſum ē deſcen
dens a pr̄e luminum apud quem
non ē transmutatio. nec viciſſitudi
nis obūbratio. Voluntarie enī ge
nuit nos verbo veritatis ut ſimus
inicium aliquid creature eius. Scitis
fratres mei dilectiſſimi. Sit autem
omnis homo velox ad audiendum
tardus autem ad loquendum. et tar
dus ad iram. Ira enī viri iuſticiam
dei non operatur. Propter quod abijcientes

omnem immunditiam et abundan-
tiam malicie. in mansuetudine suſci-
pite insitum vbū. quod poteſt salua
re animas vr̄as Eſtote autem fac-
tores vbi et non auditores tantū
fallentes voſmetipōs. quia ſi quis
auditor ē vbi et non factor hic com
parabitur viro conſideranti vultū
natiuitatis ſue in ſpeculo Conſide
rauit em̄ ſe et abijt et ſtatim oblit9
ē qualis fuerit. Qui autem per-
ſpexerit in lege pfecte libertatis et
pmanſerit in ea non auditor obli
uioſus factus ſʒ factor operis. hic
btūs in facto ſuo erit Si quis autē
putat ſe religioſum eſſe non refre
nans linguam ſuam ſʒ ſeducens
cor ſuum huius vana ē religio. Re-
ligio munda et immaculata apd
deum et patrem hec ē viſitare pu-
pillos et viduas in tribulatione
eoꝝ. et immaculatū ſe cuſtodire

ab hoc seculo **Capitulū . ij.**

Fratres mei nolite in psonarū accep
cione hr̄e fidem dn̄i nr̄i Jhū xp̄i glorie
Etenim si introierit in conuentū vr̄m
vir aureū annulum hn̄s in veste can-
dida . introierit autem et paup in sor
dido hitu . et intendatis in eū qui indu
tus ē veste preclara et dixeritis ei . tu
sede hic bene . paupi aut̄ dicatis tu sta
illic . aut sede sub scabello pedū meoꝝ
nonne iudicatis vosmetipōs apud et fac
ti estis iudices cogitacionū iniquarum
Audite fratres dilectissimi Nonne deus
elegit pauperes in hoc mundo diuites
in fide et heredes regni . qd̄ repromisit
deus diligentibus se . vos autem exho
norastis pauperem Nonne diuites p
potenciam opprimunt vos et ipi tra
hunt vos ad iudicia . nonne ipi blas-
phemant bonū nomē qd̄ inuocatum
ē sup vos . si tamen legem pficitis re-
galem scd̄z scripturas . diliges proxi

mum tuū ſicut teipm̄ benefacitis ſi
autem pſonam accipitis pctm̄ opami
ni redarguti a lege quaſi tranſgreſſo
res Quicūqꝫ autem totam legem ſer
uauerit. offendat autem in vno factus
ē omn̄ reus Qui em̄ dixit non mecha
beris dixit et non occides Qꝫ ſi non
mechaberis. occides autem. factus es
tranſgreſſor legis Sic loquimini et
ſic facite ſicut p legem libertatis inci
pientes iudicari Judiciū em̄ ſine mīa
illi qui non facit miām Superexaltat
autem mīa iudicio. Quid proderit
fratres mei ſi fidem quis dicat ſe ha
be' opera autem non habeat Nūqd
poterit fides ſaluare eū Si autem
frater et ſoror nudi ſint et indigeāt
victu quotidiano. dicat autem aliqs
ex vobis illis. ite in pace calefacimi
ni et ſaturamini. non dederitis aūt
eis que neceſſaria ſunt corpori quid
proderit. Sic et fides ſi non habeat

opa mortua ē in semetipā Sz dicet
quis Tu fidem habes et ego opera
habeo Ostende m̄ fidem tuam sine
operibus. et ego ostendam tibi ex
operibus fidem meam Tu credis quo-
niam vnus ē deus. benefacis Et de-
mones credunt et contremiscunt
Uis autem scire o homo inanis.
quoniam fides sine operibus ociosa
ē Abraham pat̄ nr̄ nonne ex ope
ribus iustificatus ē offerens ysa
ac filium suum sup altare Uides
quoniam fides cooperabatur operi
bus illius et ex operibus fides con-
summata ē Et suppleta ē scriptura
dicens. ¶ Credidit abraham deo
et reputatum ē illi ad iusticiam. et
amicus dei appellatus ē Uidetis
quoniam ex operibus iustificatur
homo. et non ex fide tantum ¶ Si
militer et raab meretrix nonne ex
operibus iustificata ē suscipiens

nimicos et alia via eyciens. Sicut enim
corpus sine spiritu mortuum est. ita fides
sine operibus mortua est. Capitulum .iii.
Nolite plures magistri fieri fratres
mei scientes quoniam maius iudicium
sumitis In multis enim offendimus omnes
Si quis in verbo non offendit hic per
fectus est vir. Potest etiam freno circumducere
totum corpus Si autem equis frena in
ora mittimus. ad consentiendum nobis
omne corpus illorum circumferimus Et
ecce naues cum magne sint et a ventis
validis minentur circumferuntur autem
a modico gubernaculo vbi impetus
dirigentis voluerit Ita et lingua modicum
quidem membrum est et magna ex
altat Ecce quantus ignis quam magnam
siluam incendit Et lingua mundi ignis est vni
uersitas iniquitatis lingua constituitur
in membris nostris que maculat totum
corpus et inflammat rotam natiuita
tis nostre inflammata a gehenna Omnis

em̄ natura beſtiarū et volucrū et ſer
pentiū et ceteroꝝ domantur et domita
ſunt a natura humana . liguā autem
nullus hominū domare poteſt Inq̃e
tū malum plena veneno mortifero In
ipā benedicimus deū et patrem . et in
ipā maledicimus homines qui imagi ād
nem et ſimilitudinem dei facti ſunt
Ex ipo ore procedit benedictio et male
dictio non oportet frēs mei hec ita fieri
Nunquid fons de eodem foramine ema
nat dulcem et amaram aquam Nun
quid poteſt fratres mei ficus vuas facē
aut ficus vitis Sic neqꝫ ſalſa dulcem
poteſt facere aquam Quis ſapiens
et diſciplinatus inter vos Oſtendat
ex bona conuerſatione operationem
ſuam in manſuetudine ſapientie Qꝫ
ſi celum amarum habetis et contentio
nes ſint in cordibus veſtris . Nolite
gloriari et mendaces eē aduerſus veri
tatem . non ē em̄ iſta ſapientia de ſur

ſum deſcendens a patre luminum ſed terre-
na animalis diabolica Ubi enim ze-
lus et contentio. ibi inconſtantia et om-
ne opus prauum Que autem de ſur-
ſum est ſapientia. primum quidem
pudica est. Deinde pacifica modeſta.
ſuadibilis bonis conſentiens. plena
miſericordia et fructibus bonis. iudi
cans ſine ſimulatione Fructus autem
iuſtitie in pace ſeminatur facientibus
pacem Capitulum. iiij.

Unde bella et lites in vobis Nonne
ex concupiſcentijs veſtris que militant
in membris veſtris Concupiſcitis et non
habetis. occiditis et zelatis. et non
poteſtis adipiſci Litigatis et belligere-
ratis et non habetis propter quod non poſtu-
latis Petitis et non accipitis eo quod
mala petatis. ut in concupiſcentijs
veſtris inſumatis Adulteri. neſcitis quia
amicitia huius mundi inimica est dei
Quicumque ergo voluerit amicus esse

seculi huius inimicus dei constituitur
An putatis quia inanit᷑ scriptura di-
cat. ad inuidiam concupiscit spūs q̄
habitat in uobis ¶ Maiorem autem
dat gratiam. Propt᷑ quod dicit Deus
superbis resistit. humilibus autē dat
gratiam Subditi ergo estote deo. re-
siste autem diabolo et fugiet a uobis
Appropinquate deo et appropinquabit uobis
Emundate manus peccatores et pur-
rificate corda duplices animo Miseri
estote et lugete et plorate risus uester
in luctum conuertatur et gaudium in
merorem Humiliamini in conspectu
domini et exaltabit uos. nolite detra-
here alterutrum fratres mei Qui detra-
hit fr̄i aut qui iudicat fratrem suū detra-
hit legi et iudicat legem Si autem
iudicas legem. non es factor legis sȝ iu-
dex. unus ē enim legislator et iudex qui
potest pdē et liberare Tu autem quis
es qui iudicas proximum tuum Ecce

nūc qui dicitis hodie aut crastino ibi-
mus in illam civitatem et faciemus
ibi quidem annū et mercabimur et
lucrū faciemus qui ignoratis quid
erit in crastinum Que ē enī vita
vr̄a Vapor ē ad modicū parens et
deinceps exterminabitur pro eo ut
dicatis. si dominus voluerit. et si vix-
erimus faciemus hoc aut illud Nūc
autem exultatis in superbiis vr̄is
Omnis exultatio talis maligna ē
Scienti igitur bonū facere et non facien-
ti peccatum ē illi. Capitulum. v.

Agite nunc divites plorate ulu-
lantes in miseriis vr̄is que advenient
vobis Divitie vr̄e putrefacte sunt
et vestimenta vr̄a a tineis comesta
sunt Aurum et argentum vr̄m eru-
ginavit et erugo eorum in testimoniū
vobis erit et manducabit carnes vr̄as
sicut ignis. thesaurizastis vobis iram
in novissimis diebus Ecce merces

operariorum qui messuerunt regiones
vestras que fraudata est a vobis cla-
mat. et clamor eorum in aures domi-
ni sabaoth introivit Epulati estis
super terram. et in luxuriis enutristis
corda vestra In die occisionis addux-
istis et occidistis iustum et non
restitit vobis Patientes igitur
estote fratres usque ad adventum
domini Ecce agricola expectat pre-
ciosum fructum terre. patienter fe-
rens donec accipiat temporaneum et
serotinum Patientes igitur estote
et vos confirmate corda vestra. quo-
niam adventus domini appro-
pinquabit Nolite ingemiscere fra-
tres in alterutrum ut non iudice-
mini Ecce iudex ante ianuam as-
sistit Exemplum accipite fratres
exitus mali et longanimitatis et la-
boris et patientie prophetas qui locu-
ti sunt in nomine domini Ecce

beatificamus eos qui ſuſtinuerūt. Suf
ferentiam iob audiſtis et finem domi
ni vidiſtis. quoniam miſericors ē do-
minus et miſerator. Ante omnia autē
fratres mei nolite iurare. neqꝫ p̲ celū
neqꝫ p̲ terram. neqꝫ aliud quodcunqꝫ
iuramentum. Sit autem ſermo veſt
ē ē. non non. vt non ſub iudicio deci-
datis. Triſtatur autem aliquis veſtrū
oret equo animo et pſallat. Infirmat[r]
quis in vobis inducat preſbiteros
eccleſie. et orent ſup eum vngentes
eū oleo in nomine domini. Et orō
fidei ſaluabit infirmū. et alleuiabit
eum dominus et ſi in pccīs ſit remit-
tentur ei. Confitemini ergo alteru-
trum peccata vr̄a. et orate pro inuicē
ut ſaluemini. Multum enī valet
depcatio iuſti aſſidua. Helias homo
erat ſimilis nobis paſſibilis. et orōne
orauit ut non plueret ſup terram.
et non pluit ānos tres et menſes ſex

Et rursum orauit et celum dedit plu
uiam. et terra dedit fructum suum
Fratres mei siquis ex vobis errauerit a
veritate et conuerterit quis eu sciet de
bet quoniam qui conuerti fecerit pecca
rem ab errore vie sue saluabit animā
eius a morte. et operit multitudinem
peccatorum. Explicit epistola iacobi
apostoli. Incipit argumentum in
epistolam beati petri. primam: —

Discipulos saluatoris inuicti
toto orbe diffusos et peregri
nos in hoc seculo monstrat
et preterite vite penitere suadet et in
nouam vitam proficere tota cum sol
licitudine exhortatur symon petrus
filius iohannis prouincie galilee vico
bethsaida. frater andree apostoli: —
Explicit argumentū. Incipit eplā be
ati petri apostoli. prima Capitulū. j.

Petrus apostolus Jhū xp̄i electis
aduenis dispersionis ponti ga

lacie capadocie aſie et bithinie ſecundū
preſcientiam dei prīs in ſanctificationē
ſpūs. in obedientiam et aſperſionē
ſanguinis ihū x̄. gracia vobis et pax
multiplicetur Benedictus deus et pater dñi
nr̄i ihu x̄. qui ſecundum miſericor
diam ſuam magnam regeneravit
nos in ſpem vivam per reſurrectionē
ihū x̄ ex mortuis in hereditatem
incorruptibilem incontaminatū
et immarceſſibilem conſervatam
in celis. in vobis qui in virtute dei
cuſtodimini p̄ fidem in ſalutem
paratam revelari in tempore no
viſſimo In quo exultabitis. modi
cum nunc ſi oportet contriſtari in
variis temptationibus ut probatio
vr̄e fidei multo precioſior ſit auro
quod p̄ ignem probatur inveniatur
in laudem et gloriam et honorem in
revelatione ihū xp̄i quem cum non vide
ritis diligitis In quem nunc quoque

non videntes creditis credentes autē
exultabitis leticia inenarrabili et glo-
rificata reportantes finem fidei vr̄e
salutem animarum vr̄am. De qua
salute exquisierunt atq; scrutati sūt
prophete qui de futura in vobis gr̄a
ꝓphetauerunt scrutantes in quod uel
quale tempus significaret in eis sp̄us
x̄ preinuntians eas que in x̄ sunt
passiones et posteriores glorias. qui-
bus revelatum est quia non sibi
metip̄is. Vobis autem ministrabāt
ea que nunc nuntiata sunt vobis ꝑ
eos qui euangelisauerunt vobis sp̄u
sancto misso de celo. in quem desiderāt
angeli prospicere. ꝓpter quod succincti
lumbos mentis vr̄e sobrii ꝑfecti spe-
rate in eam que offertur vobis gr̄am
in revelationem Ihū x̄ quasi filii obe-
dientie nō configurati prioribus ignoran-
tie vr̄e desideriis. s; secundum eū qui
vocauit vos sanctum ut et ipsi in oī

conuerſatione ſancti ſitis quoniam
ſcriptum ē ſancti eritis quoniam ego
ſanctus ſum. et ſi patrem inuocatis
eum qui ſine acceptione ꝑſonarum
iudicat ſecundum vniuſcuiuſqꝫ opꝰ
in timore incolatus vr̄i tempore con-
uerſamini Scientes qꝛ non corrupti-
bilibus auro uel argento redempti
eſtis de vana vr̄a conuerſatione pa-
terne tradicionis. ſꝫ precioſo ſang-
uine quaſi agni inmaculati xp̄i et
incontaminati precogniti quidem ante
mundi conſtitutionem. manifeſtati
autem nouiſſimis temporibus ꝓpter
vos qui ꝑ ipm̄ fideles eſtis in deo qui
ſuſcitauit eum a mortuis et dedit ei
gloriam ut fides vr̄a et ſpes eēt in
deo Animas vr̄as caſtificantes in obe-
diencia caritatis in fraternitatis amo-
re ſimplici ex corde inuicem diligite
attentius renati non ex ſemine cor-
ruptibili. ſꝫ incorruptibili ꝑ v̄bum

dei uiui et pmanentis meternū . q̄ȝ
omnis caro ut fenum . et omnis glo-
ria eius tanq̄ȝ flos feni Exaruit ~~fen~~
fenum et flos eius decidit . v̄bum autē
domini manet meternum Hoc eſt
autem v̄bum quod euangeliſatum ē
in vos Capitulum . ij .
Deponentes igitur omnem malici-
am et omnem dolum et ſimulationes
et inuidias et omnes detractiones ſicut
modo geniti infantes rationabiles et
ſine dolo lac concupiſcite ut in eo creſcatis
in ſalutem ſi tamen guſtatis quoniā
dulcis ē dominus Ad quem acceden-
tes lapidem uiuū ab hominibus qui-
dem reprobatū a deo autem electum
et honorificatum. et ipi tanq̄ȝ lapides
uiui ſup edificamini domos ſpūales ī
ſacerdotium ſanctum offerentes ſpi-
rituales hoſtias acceptabiles deo p iheſum xpm Propter quod continet ſcrip-
tura Ecce pono in ſyon lapidem

ſummū angularem probatum electū
precioſum et qui crediderit in eū nō
confundetur Vobis igitur honor
credentibus. non credentibus autē
lapis quem reprobauerūt edifican
tes. hic factus ē in caput anguli et
lapis offenſionis. et petra ſcandali
his qui offendunt v̄bo nec credūt
in quo et poſiti ſunt Vos autem
genus electum. regale ſacerdociū
gens ſancta. populus acquiſitio
nis ut virtutes annūcietis eius q̄
de tenebris vos vocauit in admira
bile lumen ſuū Qui aliquando
non populus dei nunc populus
autē dei. qui non conſecuti miſeri
cordiam nūc autē miaꝫ conſecuti Cariſſimi obſe
cro vos tanq̄ aduenas et peregrinos
abſtinē vos a carnalibus deſideriis
que militant aduerſus animam
conuerſationem vrām inter gentes
habentes bonam ut in eo quod de

tractant de vobis tanq̃ʒ de male
factoribus. ex bonis operibus vos
conſiderantes glorificent deum
in die viſitationis. Subiecti igitur
eſtote omni humane creature ꝓpt
deū. Siue regi quaſi precellenti.
Siue ducibus tanq̃ʒ ab eo miſſis ad
vindictam malefactoꝝ. laudem vero
bonoꝝ. Quia ſic ē voluntas dei ut
benefacientes obmuteſcē faciatis
imprudentiū hominū ignorantiam
Quaſi liberi et non quaſi velamē
habentes malicie libertatem. ſʒ ſic
ſerui dei. Omnis honorate. fraternita
tem diligite. Deum timete. regem ho
norificate. Serui ſubditi eſtote in om
ni timore dn̄is. non tantū bonis et
modeſtis. ſʒ etiā diſcholis. Hec eſt em
grā. ſi ꝓpt dei conſcientiam ſuſtinet
quis triſticias paciēs iniuſte. Que
em ē gratia ſi peccantes et colaphi
ſati ſuffertis. Sʒ ſi benefacientes

patient' ſuſtinetis hec ē gr̃a apud deū
In hoc eñ vocati eſtis quia xp̄us paſ
ſus ē pro nobis vobis relinquens exē
plū ut ſequamini veſtigia eius Qui
pccm̄ non fecit nec inuentus ē dolus
in ore eius Qui cū malediceretur nō
maledicebat cū pateretur nō cōmi
nabatur Tradebat autē iudicanti
ſe iniuſte Qui peccata nr̄a ipē ptu
lit in corpore ſuo ſup lignū. vt peccatis
mortui iuſticie viuamus. cuius li
uore ſanati eſtis Eratis eñ ſicut oues
errantes. ſʒ conuerſi eſtis nunc ad paſ
torem et epiſcopum animarū veſtrarū
Similit' et mulieres Capitulū .iij.
ſubdite ſint viris ſuis. vt et ſi qui nō
credunt v̄bo p mulierum conuerſationē
ſine v̄bo lucri fiant conſiderantes in ti
more ſanctam conuerſationem vr̄am
Quarū ſi non ſit extrinſecus capilla
tura aut circundatio auri. aut indu
menti veſtimentoꝝ cultus. ſʒ quia ab

sconditus ē cordis homo incorruptibili
tate quieti et modesti spūs qui ē in co-
spectu dei locuplex Sic enī aliquando
et sce mulieres sperātes in deo ornabāt
se subiecte ppriis viris. sicut sara obedie
bat abrae dominū eū vocans. cuius
estes filie benefacientes et non ptimētes
ullā pturbationem Viri similit' coha
bitantes secundū scientiam quasi infir
miori vasculo muliebri impartiētes ho
norem tanq̄ coheredibus grē vite ut
non impediantur oōnes vrē In fide
autē oms unanimes compatientes
fraternitatis amatores. misericordes.
modesti. humiles. nō reddentes malū
p malo. nec maledictum p maledicto
sꝫ econtrario benedicentes quia in hoc
vocati estis ut benedictionē hereditate
possideatis Qui enī vult vitā diligē
et dies videē bonos coerceat linguam
suā a malo et labia eius ne loquātur
dolū Declinet a malo et faciet bonū

inquirat pacem et p̄sequat᷑ eam. q̄r
oculi domini sup iustos et aures eius
in preces eoꝝ. vultus autem dn̄i sup
facientes mala. Et quis ē qui vobis
noceat si boni emulatores fueritis
Sꝫ et si quid patimini ꝑpt᷑ iusticiam
beati. Timorē autē eoꝝ ne timueritis
ut non conturbemini. Dominum x̄p̄m
autem sanctificate in cordibus vr̄is.
parati semp ad satisfactionē omni
poscenti vos rationē de ea que in vobis
ē spe sꝫ cū modestia et timore conscie-
tiā habentes bonam. ut in eo qd̄ de-
trahunt de vobis confundantur q̄
calumniantur vestram bonā in x̄o con-
versationē. Melius ē enī ut bn̄faci-
entes [1] quia et x̄p̄us semel pro peccatis
nr̄is mortuus ē iustus pro iniustis
ut nos offeret deo mortificatos qui-
dem carne. vivificatos autem sp̄u.
In quo et his qui in carcerē erant
sp̄u veniens predicavit. q̄ increduli

[1] si voluntas dei velit pati q̄ȝ malefacientes

fuerant aliquando quando exſpecta
bant dei patientiam in diebus noe
cū fabricaretur arca in qua pauci id
ē octo anime ſalue facte ſunt p aquā
Quod et vos nunc ſimilis forme ſal
uos facit. baptiſma. non carnis de
poſitio ſordium. ſ; conſcientie bone in
terrogatio in deum p reſurrectionem
Ihū x̄ a mortuis q̄ ē in dextera dei. de
gluciens mortem vt vite eterne here
des efficeremur profectus in celū ſub
iectis ſibi angelis et poteſtatibus et
virtutibus Capitulum . iiij. ...
Christo igit passo in carne et vos ea
dem cogitatione armamini. q2 q̄ paſſꝰ
ē in carne deſijt a pctīs vt non iam deſi
derijs hominū ſ; voluntate dei qd re
liquum ē in carne viuat temporis
Sufficit em̄ p̄teritum tempus ad
voluntatem gentiū conſummandā
hijs q̄ ambulauerūt in luxurijs. deſi
derijs. vinolentijs. comeſſationibus

potacionibus. ebrietatibus. et illicitis
idolorum cultibus In quo ammirantur non
concurrentibus vobis in eandem luxurie
confuſionem blaſphemantes qui red
dent racionem ei qui paratus eſt iudicare vi
uos et mortuos Propter hoc enim et mor
tuis euangelizatum eſt ut iudicentur quidem
ſecundum homines in carne. viuant
autem ſecundum deum in ſpiritu Omnium au
tem finis appropinquabit Eſtote ita
prudentes et vigilate in orationibus ante
omnia autem mutuam in vobiſmetipſis
caritatem continuam habentes. quia
caritas operit multitudinem peccatorum
Hoſpitales inuicem. ſine murmura
tione Unuſquiſque ſicut accepit graciam
in alterutrum illam aministrantes
ſicut boni diſpenſatores multifor
mis gracie dei Si quis loquitur quaſi
ſermones dei Si quis miniſtrat tanquam
ex virtute quam aminiſtrat deus.
vt in omnibus ſius honorificetur deus

per ihm xpm cui est gloria et imperium
in secula seculorum amen. Carissimi nolite
peregrinari in feruore qui ad tentatio
nem vobis fit quasi noui aliquid vo
bis contingat. sed communicantes xpi passionibus
gaudete vt et in reuelatione glorie eius
gaudeatis et exultantes. Si exprobra
mini in nomine xpi. beati eritis. quoniam quod est
honoris glorie et virtutis dei. et qui est
eius spiritus. super vos requiescet Nemo autem
vestrum patiatur quasi homicida aut fur. aut ma
ledictus. aut alienorum appetitor Si autem
vt cristianus non erubescat. glorificet au
tem deum in isto nomine quoniam tempus
est vt incipiat iudicium a domo dei Si
autem primum a nobis quis finis eorum qui
non credunt dei euangelio Et si iustus
quidem vix saluabitur. impius et pecca
tor vbi parebunt Itaque et hii qui pati
untur secundum voluntatem dei fideli cre
atori commendent animas suas in benefactis
Seniores ergo qui in vobis Capi. v.

ſunt obſecro conſenior et teſtis x̄ paſſionū
qui et eius q̄ in futuro reuelanda ē glo
rie communicator. Paſcite qui in vobis ē gregē
dei prouidentes non coacte ſ; ſpontanee
ſcd'm deū. neq; turpis lucri gr̄a. ſ; volūta
rie Neq; vt dominantes in cleris. ſ; for
ma facti gregis ex animo. et cū apparue
rit princeps paſtorum percipietis in
marceſſibilem glorie coronam. Similit'
adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus
Omnes eni̅ inuicem humilitatem inſi
nuate. quia dominus ſupbis reſiſtit.
humilibus autem dat gratiā Humi
liamini ſub potenti manu dei. vt vos
exaltet in tempore viſitationis. om
nem ſollicitudinē vr̄am proiicientes
in eū. quoniam ipſi cura ē de vobis.
Sobrij eſtote et vigilate. quia aduer
ſarius vr̄ diabolus tanq̄ leo rugiens
circuit querens quem deuoret Cui re
ſiſtite fortes in fide. ſcientes eandem
paſſionem ei que in mundo ē vr̄e fra

ternitati fieri. Deus autem omnis
grē qui vocavit nos in eternam suā
gloriam in xp̄o ihū modicum passos
ipse pficiet. confirmabit solidabitqꝫ
Ipsi gloria et imperium in secula seculoꝝ
Amē. Per silvanū fidelem fratrem vobis
ut arbitror breviter scripsi obsecrans
et contestans hanc ēē veram gratiā
dei in qua statis. Salutat vos ecclesia
que ē in babylone collecta et marcus
filius meus. Salutate invicem in
osculo sc̄o. Gr̄a vobis omnibus q̄ estis
in xp̄o ihū. Amen. Capitulū. Explicit
epl̄a beati petri apl̄i pᷓma. Incipit
argumentum in epl̄am secundam
Symon petrus p fidem huic
mundo sapientes mortuos
ēē declarat. eisdemqꝫ pie-
tatis quanta sit magnitudo luce ipa
clarius manifestat. Explicit argu-
mentū. Incipit epl̄a secunda be-
ati petri apostoli. Capitulū primū

Simon petrus ſeruus
et apoſtolus Ihu x̄
his qui coequalem
nobiſcum ſortiti ſunt
fidem in iuſticia dei
nr̄i et ſaluatoris Ihu x̄ Grā vobis
et pax adimpleatur in cognitione
dei et x̄ iheſu domini nr̄i Quomodo
omnia nobis diuine virtutis ſue que
ad vitam et pietatem donata ſunt p
cognitionem eius qui vocauit nos ꝓpa
gloria et virtute p quem maxima et
precioſa nobis promiſſa donauit. vt
p hoc efficiamini diuine conſortes na
ture fugientes eius que in mundo eſt
concupiſſentie corruptionem Vos au
tem curam omnem ſubinferentes miniſ
trate in fide vr̄a virtutem. in virtute
autem ſcientiam. In ſcientia autem
abſtinentiā. in abſtinentia pacientiā
in pacientia autem pietatem. in pie-
tate autem amorem fraternitatis. in

amore autem fraternitatis caritatem
Hec enim si vobiscum assint et superent non
vacuos nec sine fructu vos constitu-
ent in domini nostri Ihesu christi cognitione
Cui enim non presto sunt hec cecus est
et manu temptans oblivionem acci-
piens purgationis veterum suorum delic-
torum Quapropter fratres magis sa-
tagite ut per bona opera certam vestram
vocationem et electionem faciatis
Hec enim facientes non peccabitis ali-
quando Sic enim abundanter ministra-
bitur vobis introitus in eternum reg-
num domini et salvatoris nostri Ihe-
su christi Propter quod vos incipiam semper
commonere de hiis. et quidem scientes
et confirmatos vos in presenti veri-
tate Iustum autem arbitror quam-
diu sum in hoc tabernaculo suscitare
vos in commonitione certus quod velox
est depositio tabernaculi mei secun-
dum quod et dominus noster Ihesus christus

significauit michi. Dabo autem operam
et frequenter habere vos post obitum
meum vt horum omnium memoriam faci-
atis. Non enim indoctas fabulas se-
cuti notam fecimus vobis domini
nostri Jhesu christi virtutem et prescientiam.
sed speculatores facti illius magnitu-
dinis. Accipiens enim a deo patre hono-
rem et gloriam voce delapsa ad eum
huiuscemodi a magnifica gloria
Hic est filius meus dilectus in quo michi
complacui. ipsum audite. Et hanc vo-
cem nos audiuimus de celo allatam
cum essemus cum ipso in monte sancto
Et habemus firmiorem propheticum
sermonem cui benefacitis attenden-
tes quasi lucerne lucenti in loco
caliginoso donec dies elucescat et
lucifer oriatur in cordibus vestris.
hoc primum intelligentes quod omnis
prophetia scripture propria interpre-
tatione non fit. Non enim voluntate hu-

mana allata ē aliquando ꝓphetia ſꝫ
ſpū ſancto inſpirati locuti ſunt ſā
dei homines Capitulum. ij.
Fuerunt vero et pſeudo ꝓphete in
populo ſicut et in vobis erunt ma
giſtri mendaces qui introducent ſec
tas pdicionis. et eum qui emit eos
deum negāt ſuperducentes ſibi celerē
pdicionem Et multi ſequentur eoꝝ
luxurias. p quos via veritatis blaſ
phemabitur. et in auaricia fictis
vbis de vobis negociabuntur Quibꝰ
iudicium iam olim non ceſſat et p
dicio eoꝝ non dormitat. Si enī dˀs
angelis peccantibus non pepercit.
ſꝫ rudentibus inferni detractos in
tartarū tradidit cruciandos in iudici
um reſeruari Et originali mundo
non pepercit. ſꝫ octauum noe iuſti
cie preconem cuſtodiuit diluuium
mundo impioꝝ inducens et ciui
tates ſodomoꝝ et gomorreoꝝ in

in cinerem redigens euerſione
damnauit exemplum eoꝝ qui impie
acturi ſunt ponens. et iuſtum loth
oppreſſum a nephandoꝝ iniuria ac
luxurioſa conuerſacionem eripuit
Aſpectu enim et auditu iuſtus erat
habitans apud eos qui de die in diem
animam iuſtam iniquis operibus
cruciabant Nouit deus pios de ten-
tacione eripere iniquos vero in diem
iudicij reſeruare cruciandos. Magis
autem eos qui poſt carnem in con-
cupiſcentia inmundicie ambulant
dominacionem quod contemnunt au-
daces ſibi placentes. ſectas non me-
tuunt introducere blaſphemantes
Ubi angeli fortitudine et virtute
cum ſint maiores non portant auer-
ſum ſe execrabile iudicium Hi vero
velut irrationabilia pecora natur-
aliter in captionem in perniciem hiis
que ignorant blaſphemantes in

corruptione ſua . peribunt percipientes
mercedem iniuſtitie Voluptatem ex
iſtimantes diei delicias coinquinati
onis et macule . deliciis affluentes
in conviviis ſuis luxuriantes vobiſcum
oculos habentes plenos adulterii
et inceſſabilis delicti . pellicientes
animas inſtabiles cor exercitatum
in avaricia habentes maledictionis
filii . derelinquentes rectam viam er
raverunt ſecuti viam balaam ex boſor
qui mercedem iniquitatis amavit
correptionem vero habuit ſue veſa
nie Subiugale mutum animal in
hominis voce loquens prohibuit
prophete inſipientiam Hi ſunt fontes
ſine aqua et nebule turbinibus exa
gitate . quibus caligo tenebrarum re
ſervatur Superbia enim vanitatis lo
quentes pelliciunt in deſideriis car
nis luxurie eos qui paululum effu
giunt Qui in errore converſati liber

tatem illis promittentes cum ipſi ſerui
ſint corruptionis. A quo enim quis ſup
atus est. huius et ſeruus est. Si enim refugi
entes coinquinationes mundi in cogni
tione domini nostri et ſaluatoris Ihesu christi.
his rurſus implicati ſuperantur. Facta
ſunt eis poſteriora deteriora prioribus
Melius enim erat illis non cognoſcere
viam iuſticie. quam poſt agnitionem retro
ſum conuerti ab eo quod illis traditum est ſanc
to mandato. Contigit enim eis illud ve
ri prouerbii. Canis reuerſus ad ſuum
vomitum et ſus lota in volutabro lu
ti. Capitulum. ſecundum. iii.

Hanc ecce vobis cariſſimi ſecundam
ſcribo epiſtolam in quibus veſtram exci
to in commonitione ſinceram mentem
ut memores ſitis eorum que predixi ver
borum a ſanctis prophetis et apoſtolorum veſtrorum
preceptorum domini et ſaluatoris. Hoc
primum ſcientes quod venient in noui
ſimis diebus in deceptione illuſores

iuxta proprias concupiscentias ambu
lantes dicentes Ubi est promissio aut
adventus eius Ex quo enim patres dor
mierunt omnia sic perseverant ab
initio creature. Latet enim eos hoc vo
lentes quod celi erant prius et terra de
aqua. et per aquam consistens dei verbo
per que ille tunc mundus aqua inun
datus periit Celi autem qui nunc
sunt et terra eodem verbo repositi sunt
igni reservati in diem iudicii. perditio
nis impiorum hominum Unum vero hoc
non lateat vos carissimi. quia unus
dies apud dominum sicut mille anni.
et mille anni sicut dies unus Non
tardat dominus promissionem suam
sicut quidam existimant. sed patienter
agit propter vos nolens aliquos perire sed
omnes ad penitentiam reverti Adveniet
autem dies domini ut fur. in quo celi
magno impetu transient. elementa
vero calore solventur. terra autem et omnia

que in ipſa ſunt opera exurentur. Cum
igitur hec omnia diſſoluenda ſint
quales oportet vos eē in ſcīs conuer
ſacionibus et pietatibus expectantes
et properantes in aduentum diei dn̄i per
quem celi ardentes ſoluentur et ele
menta ignis ardore tabeſcent. Nouos
vero celos et nouam terram et pro
miſſa ipſius expectamus in quibus
iuſticia habitat. Propter qd̄ cariſſimi hec
expectantes ſatagite immaculati et
inuiolati ei inueniri in pace. et domi
ni nr̄i Jhu xp̄i longanimitatem ſalutē
arbitramini ſicut et cariſſimus frater
nr̄ paulus ſcd̄m datam ſibi ſapienti
am ſcripſit nobis. ſicut et in omnibus
epiſtolis loquens in eis de his in quibus
ſunt quedam difficilia intellectu que
indocti et inſtabiles deprauant ſi
cut et ceteras ſcripturas ad ſuam ipſorum
perdicionem. Vos igitur fratres preſci
entes cuſtodite ne inſipientium errore

traducti excidatis a ppria firmitate
Crescite vero in grã et in cognitione
domini nñ et saluatoris ihũ x̄ Ipi
gloria et nunc et in diem eternitatis
Amen. Explicit eplā beati petri
apli scd'a. ⁋ Incipit argumentum
in eplam beati iohannis apli pri-
R ationem v̄bi et q̃ d's ⁋ ma
ipse sit caritas manifestat
et susurrationes fratrum
nec deum scire nec potius fieri posse
eousq̧ dissertat ut eē comprobet homi-
cidas eo q̃ odium sit interfectionis
occasio. Explicit argumentum ⁋
Incipit ~~argumentum~~ epistola b̃ti
iohannis apostoli prima. Ca. primũ
Q vod fuit ab initio
quod audiuimus
quod vidimus
oculis nr̄is. quod
perspeximus et
manus nr̄e con

tractauerunt de v̄bo vite et vita mani
festa ē et vidimus et testamur et an
nunciamus vobis vitam eternam q̄
erat apud patrem et apparuit nobis
Quod vidimus et audiuimus
annunciamus vobis. ut et vos so
cietatem habeatis nobiscum. et so
cietas nr̄a sit cū pr̄e et cum filio eiꝰ
ihū x̄. Et hec scribimuꝰ vobis ut
gaudeatis et gaudiū vr̄m sit plenū.
Et hec ē annunciatio quam audi
uimus ab eo. et annunciamus vo
bis. quoniam deus lux ē. et tenebre
in eo nō sūt ulle. Si dixerimus
quoniam societatem habemus
cum eo et in tenebris ambulamus mētimꝰ
et veritatem nō facimus. Si autē
in luce ambulamus sicut et ipse est
in luce societatem habemus ad in
vicem. et sanguis ihū x̄ filii eius emū
dat nos ab omni pctō. Si dixerimꝰ
quoniam pctm̄ non habemus ipsi

nos seducimus et veritas in nobis non ē
Si confiteamur peccata nr̄a fidelis ē
et iustus ut remittat nobis peccata
nr̄a. et emundet nos ab omni iniquita
te Si dixerimus quoniam non peccaui
mus mendacem facimus eū. et v̄bū
eius non ē in nobis Capitulū. ij.
Filioli mei hec scribo vobis ut nō
peccetis Sz et si quis peccauerit ad
uocatum habemus p̄rem apud Ihm
xp̄m iustum et ip̄e ē ppiciatio pro pec
catis nr̄is. non pro nostris autem
tm̄ sz etiam pro totius mundi Et i
hoc scimus qm̄ cognouimus eū si mādata
eius obseruamus Qui dicit se nos
se eū et mandata eius non custodit
mendax ē. et in hoc veritas non est
Qui autem seruat v̄bū eius vere
in hoc caritas dei pfecta ē. In hoc
scimus qm̄ in ip̄o sumus Qui dicit
se in xp̄o manere. debet sicut ip̄e am
bulauit et ip̄e ambulare Carissi

mi. non mandatum nouū ſcribo vo
bis. ſꝫ mandatum vetus quod habu
iſtis ab initio Mandatum vetus ē v̄
bum quod audiſtis Iterū mandatū
nouū ſcribo vobis quod verū ē et in
ipſo et in vobis. quia tenebre tranſſi
erunt et verum lumen iam lucet.
Qui dicit ſe in luce eē. et fratrem ſuū
odit in tenebris ē uſqꝫ adhuc Qui
diligit fratrem ſuū. in luce manet.
et ſcandalum in eo non ē Qui autē
odit fratrem ſuū in tenebris ē. et in
tenebris ambulat. et neſcit quo eat.
quia tenebre obcecauerunt oculos
eius Scribo vobis filioli quoniam
remittuntur vobis peccata ꝓpt̄ no
men eius Scribo vobis p̄res. quoniā
cognouiſtis eū q̄ ab initio ē Scribo
vobis adoleſcentes. quoniā viciſtis
malignum. Scribo vobis infantes.
q̄m cognouiſtis p̄rem Scribo vobis
iuuenes q̄m fortes eſtis et v̄bum dei

manet in vobis et vicistis malignū
Nolite dilige mundū neq; ea que in
mundo ſunt Si quis diligit mundū
non ē caritas pris in eo Quoniam
omne quod ē in mundo concupiſcentia
oculoꝝ et ſupbia vite que non ē ex pre
ſ; ex mundo ē. Et mundus tranſit et
concupiſcētia eius Qui autē facit vo
luntatem dei manet in eternum.
Filioli noviſſima hora ē. Et ſicut
audiſtis. quia antichriſtus venit.
nunc antichriſti multi ~~facti~~ facti ſut
Unde ſcimus quia noviſſima hora eſt.
Ex nobis prodierunt. ſ; non erant
ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis.
pmanſiſſent utiq; nobiſcū Sed ut
manifeſti ſint. quoniam non ſunt
omnes ex nobis Sed vos unctionem
habetis a ſancto: et noſtis omnia.
Non ſcripſi vobis quaſi ignoranti
bus veritatem. ſ; quaſi ſcientibus
eam. et qm omne mendatiū ex veri

concupiſcentia carnis eſt. et

tate non ē. Quis ē mendax nisi
is qui negat. quoniam Ihūs nō est
xpūs. Hic ē antichristus qui negat
prēm et filiū. Omnis qui negat fi
lium. nec prēm habet. qui confite
bitur filium et prēm habet. Vos
quod audistis ab inicio. et vos in
filio et prē manebitis. Et hec ē re
promissio quam ipē pollicitus est
nobis vitam eternam. Hec scripsi
vobis de his q̄ seducunt vos. et vos
unctionem quam accepistis ab eo
maneat in vobis et non necesse
habetis ut aliquis doceat vos. s;
sicut unctio eius docet vos de omni
bus et verum ē. et non ē mendaciū
Et sicut docuit vos manete in eo
Et nunc filioli manete in eo. ut
cum apparuerit habeamus fidu
ciam et non confundamur ab eo
in adventu eius. Si scitis quoniā
iustus ē. scitote qm̄ et omnis qui

in vobis permaneat q; si in vobis permāserit qd̄
audistis ab inicio

facit iusticiam ex ipso natus est. .iii.
Uidete qualem caritatem dedit
nobis pr̄ ut filij dei nominemur̄
et simus. Propter hoc mūdus non
nouit nos. q: non nouit eū. Ka
rissimi nunc filij dei sumus et
nondum apparuit quid erimus.
Scimus qm̄ cū apparuerit. simi
les ei erimus. qm̄ videbimus
eū sicuti ē. Et omnis qui habet hāc
spē in eo sanctificat se sicut et ille
scūs ē. Omnis qui facit pc̄m et
iniquitatem facit. Et pc̄m ē iniq
tas. Et scitis quia ille apparuit
ut peccata tolleret. et pc̄m in eo
non ē. Omnis qui in eo manet
non peccat. et omnis qui peccat
non vidit eū. nec cognouit eū.
Filioli nemo vos seducat. Qui
facit iusticiam iustus ē. sicut et
ille iustus ē. Qui facit pc̄m ex dy
abolo ē. qm̄ ab initio dyabolus

peccat In hoc apparuit filius dei ut
diſſoluat opa dyaboli Omnis q̃
natus ē ex deo peccatum non facit.
quoniam ipſius ſemen in eo ma
net et non poteſt peccare quomā
ex deo natus ē. In hoc manifeſti
ſunt filij dei et filij dyaboli Omnis
qui non ē iuſtus non ē ex deo. et qui
non diligit fratrem ſuū Quī hec eſt
annūciacio quam audiſtis ab inici
o ut diligatis alterutrum Non ſicut
cayn qui ex maligno erat. et occi
dit fratrem ſuū Et ꝓpt quid occi
dit eum. quoniam opa eius ma
ligna erant fratris autem eius
iuſta Nolite mirari fratres ſi odit vos
mundus Nos ſcimus quoniam tranſlati
ſumus de morte ad vitam. quomā
diligimus fratres Qui non diligit
manet in morte Omnis qui odit
fratrem ſuū homicida ē Et ſcitis
quomā omnis homicida nō ha

bet vitam eternam in ſe manentē
In hoc cognouimus caritatem dei.
qm̄ ille animam ſuā pro nobis po-
ſuit. et nos debemus pro fratribus
animas ponē. Qui habuerit
ſubſtantiam huius mundi. et vide
rit fratrem ſuum neceſſe habē. et clau
ſerit viſcera ſua ab eo. Filioli mei non
diligam' vbo neq; lingua ſ; ope et ve
ritate. In hoc cognoſcimus quoniam
ex veritate ſumus. et in conſpectu ei'
ſua debimus corda nr̄a. Qm̄ ſi rep-
henderit nos cor nr̄m maior ē deus
corde nr̄o et nouit omnia. Cariſſimi
ſi cor nr̄m non reprehenderit nos. fi
duciam habemus ad deum. et quic
quid peciermus accipiemus ab eo.
qm̄ mandata eius cuſtodimus. et
ea que ſunt placita coram eo facim'
Et hoc ē mandatum eius ut creda-
mus in nomine filij eius ihū xp̄. et
diligamus ~~alterutrū~~ ſicut dedit alterutrū
quomodo caritas dei manet in eo.

mandatum nobis. Et q̄ seruat ma-
data eius in illo manet et ipē in eo
Et in hoc scimus quoniam manet
in nobis de spiritu quē dedit no-
bis. Capitulum. iiij.

Carissimi nolite omni spiritui
credere. ſʒ probate spūs si ex deo sint
quoniam multi pseudo pphete ex-
exierunt in mundū. In hoc cognos-
citur spūs dei. Omnis spūs qui
confitetur Ihm̄ xpm̄ in carne ve-
nisse ex deo ē. Et omnis spūs qui
soluit Ihm̄. ex deo nō ē. et hic est
anticristus. de quo audistis. qm̄ ve-
nit et nunc iam in mūdo ē. Uos
ex deo estis filioli et vicistis eū qm̄
maior ē qui in vobis ē q̄ qui in mū-
do. Ipi de mundo sūt ideo de mūdo loquuntur et mūd9
dit eos audit. Nos ex deo sumus
Qui nouit deum audit nos. qui
non ē ex deo non audit nos. In hoc
cognoscimus spiritū veritatis et spi-

ritū erroris. Karissimi diligamus
nos inuicem. quia caritas ex deo
ē. Et omnis qui diligit. ex deo nat9
ē. et cognoscit deū. Qui non dili
git non nouit deū. quoniam d's
caritas ē. In hoc apparuit caritas
dei in nobis. quoniā filiū suū
vnigenitū misit deus in mūdū
ut viuamus p eū. In hoc est ca
ritas non quasi nos dilexerim9
deum. s; quoniam ipse prior di
lexit nos. et misit filiū suū ppiciatio
nē pro pctis nr̄is. Karissimi si d's
dilexit nos. et nos debemus
alterutrū dilige͛. Deū nemo vi
dit vnq̄. Si diligamus inuicem
deus in nobis manet. et caritas
eius in nobis pfecta ē. In hoc cog
noscimus quoniam in eo mane
mus et ipse in nobis. qm̄ de spū
sancto suo dedit nobis. Et nos vidim9
et testificamur. quoniā pr̄ misit

filium ſuum ſaluatorem mundi
Quiſquis confeſſus fuerit quoniā
Jhūs ē filius dei. deus in eo manet
et ipſe in deo Et nos cognouimus
et credimus caritati quam habet
deus in nobis Deus caritas ē et qui
manet in caritate in deo manet et
deus in eo In hoc pfecta ē caritas
dei nobiſcū ut fiduciam habeamus
in die iudicij. quia ſicut ille ē et nos
ſumus in hoc mundo. Timor nō
ē in caritate. ſz pfecta caritas fo-
ras mittit timorem. Quoniam
timor penam habet Qui autem
timet non ē pfectus in caritate Nos
ergo diligamus deū. qm̄ deus prior di-
lexit nos Si quis dixerit qm̄ diligo
deum et fratrem ſuū oderit mendax
ē Qui enī diligit fratrem ſuū quem
videt. deum quem non videt quo-
modo poteſt diligere Et hoc mā-
datum habemus a deo ut qui dili-

git deum. diligat et fratrem suū. v.
Omnis qui credit quoniam est
Jhūs xpūs ex deo natus ē. Et om
nis qui diligit eum qui genuit.
et diligit eum qui natus ē ex eo
In hoc cognoscimus qm̄ diligim9
natos dei cū deum diligamus et
mandata eius custodiamus. Et
mandata eius grauia non sunt
Quoniam omne quod natum ē ex
deo vincit mundum et hec ē victo
ria que vincit mundum. fides nr̄a
Quis ē autem qui vincit mundū
nisi qui credit quoniam Jhūs ē fili9
dei. hic ē qui venit p aquā et sangui
nem Jhūs xp̄s. Non in aquā solū ſ3
in aqua et in sanguine Et spūs est
qui testificatur. quoniam xp̄s ē veri
tas. Quoniam tres sunt qui testi
monium phibent in celo. pat'. v'bum.
et spūs sanctus. et hi tres vnū sunt
Et tres sunt qui testimoniū dant
Faciamus. hec ē eni caritas dei vt mandata ei9

175

in terra. ſpūs. aqua. et ſanguis.
et hi tres vnū ſunt. Si teſtimoniū
hominū accipimus. teſtimonium
dei maius ē. Quoniam hoc ē teſti
monium dei quod maius eſt. quō
teſtificatus ē de filio ſuo. Qui cre-
dit in filium dei. habet teſtimoniū
dei in ſe. Qui vero non credit filio
mendacem facit eum. Quia non
credit in teſtimonium qđ teſtificatus
ē deus de filio ſuo. Et hoc ē teſtimo-
niū quoniam vitam eternam dedit
nobis deus et hec vita in filio eius ē
Qui habet filium dei. vitam non
habet. Hec ſcribo vobis vt ſciatis
quoniam vitam habetis eternam
qui creditis in nomine filii dei. Et hᶜ
ē fiducia quam habemus ad deum
quia quodcumqȝ petierimus ſcđm vo-
luntatem eius audit nos. Et ſcimus
quia audit nos quicquid petierimꝰ
Scimus quoniam habemus petiti-

habet vitā. qui nō habet filiū dei

ones quas postulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare peccatum non ad mortem petat et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem. non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas peccatum ē. et ē peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus ē ex deo non peccat. ſed generatio dei conſeruat eū. et malignus non tanget eū. Scimus quoniam ex deo ſumus et mundus totus in maligno poſitus ē. Et ſcimus quoniam filius dei venit et dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus deū verum. et ſimus in vero filio eius. Hic ē verus deus et vita eterna. Filioli cuſtodite vos a ſimulachris. Expliciat epiſtola beati iohannis apostoli prima. Incipit argumentū in epiſtolā eiuſdē ſecundam.

Usq adeo ad ſanctam feminā ſcribit vt eandem dominam non

non dubitet litteris appellare eiuſ
demq; filijs teſtimoniū q ambulet
in veritate phibet Explicit argu
mentum. Incipit epiſtola btī io
hannis apoſtoli. ſecunda. cap. j.

Senior electe domine et
natis eius quos ego di
ligo in veritate et nō
ego ſolus. ſz et omnes q
cognouerunt veritatem pter verita
tem que pmanet in vobis. et vobiſ
cū erit in eternū Sit vobiſcū grā. mīa.
pax a deo pre et a xpo Jhū filio patris
in veritate et caritate Gauiſus ſum
valde. quoniam inueni de filijs tuis
ambulantes in veritate. ſicut man
datum accepimus a pre ~~et a xpo Jhu
filio patris in veritate~~ Et nūc rogo
te domina nō tanq; mandatum nouū
ſcribens tibi. ſz qd habuimus ab in
itio. vt diligamus alterutrum Et
hec ē caritas vt ambulemus ſcdm

mandata eius. Hoc enī ē manda-
tum ut quemadmodū audistis ab
inicio in eo ambuletis quoniam
multi ſeductores exierunt in mū-
dum qui non confitentur Jhm xpm
veniſſe in carnem. Hic ē ſeductor
et antichristus. Videte voſmetipōs ne
pdatis que operati estis. ſz ut mercedē
plenam accipiatis. Omnis qui rece-
dit et non permanet in doctrina xpi.
deum non habet. Qui pmanet in
doctrina. hic patrem et filium habet.
Si quis venit ad vos et hanc doctri-
nam non affert. nolite recipere
eū in domum nec ave ei dixeritis.
Qui enī dicit illi ave communicat
operibus malignis eius. Ecce pre-
dixi vobis ut in die domini non
confundamini. Plura habens
vobis ſcribere nolui p cartam et
atramentum. Spero enī me
futurum apud vos et os ad os

loqui. ~~ut gaudiū~~ ut gaudium
vrm̄ plenum ſit Salutant te filij ſo-
roris tue electe Explicit epiſtola
ſecunda. Incipit argumentum
in epiſtolam eiuſdem terciam. :-

Gaium pietatis cauſa ex-
tollit atq; ut in ipſa pie-
tate maneat exhortatur
dyotrepem impietatis et ſupbie
cauſa obiurgat demetrio autem
bonum teſtimonium phibet cū
fratribus uniuerſis. Explicit
argumentum Incipit epiſtola
beati iohannis apoſtoli tercia

Senior Capitulū .j.
gaio cariſſimo quem
ego diligo in veritate
Cariſſime de omnibus
orationem facio proſpere te ingre-
di et valere ſicut proſpere agit aīa
tua Gauiſus ſum valde venienti-
bus fratribus et teſtimoniū phibē

tibus veritati tue. sicut tu in verita
te ambulas. Maiorem hor non
habeo gratiam quam ut audiam filios
meos in veritate ambulare. Caris
sime. fideliter facis quicquid operaris
in fratres et hoc in peregrinos qui
testimonium reddiderunt caritati tue
in conspectu ecclesie quos benefaciens
deduces digne deo. Pro nomine
enim eius profecti sunt. nichil accipien
tes a gentibus. Nos ergo debemus
suscipere huiusmodi ut cooperatores
simus veritatis. Scripsissem forsitan
ecclesie. sed is qui amat primatum
gerere in eis dyotrepes non recipit
nos. Propter hoc si venero commone
am eius opera que facit. verbis ma
lignis garriens in nos. Et quasi non
ei ista sufficiant neque ipse suscipit fra
tres et eos qui suscipiunt prohibet et
de ecclesia eycit. Carissime noli imi
tari malum. sed quod bonum est. Qui

bene facit ex deo ē. qui male facit nō
videt deum. Demetrio teſtimoniū red
ditur ab omnibus et ab ipſa veritate.
ſꝫ et nos teſtimonium ꝑhibemus. et
noſti qm̄ teſtimoniū nr̄m verum ē Mul
ta habui tibi ſcribē. ſꝫ nolui ꝑ attramē
tū et calamum ſcribē tibi Spero autē
protinus te videre. et os ad os loque
mur. Pax tibi Salutant te amici.
ſaluta tu amicos nominatim Explici
at epiſtola beati iohannis apl'i ter
cia. Incipit argumentum in epiſ
tolam beati Iude apoſtoli:
IVdas apoſtolus fratres de corruptori
bus vie veritatis ita informat. vt illi
citum ēē diſſerteret de ſub iugo ſemel eru
tos ſeruitutis denuo operum ſuam of
ficijs nouare ſeruilibus Explicit ar
gumentum. Incipit epiſtola beati
iude apoſtoli. Capitulū. primum
IVdas Ihū xp̄i ſeruus. frat' autem iacobi.
his qui ſunt in deo p̄re dilectis et xp̄o Ihū

conſeruatis et vocatis. Miſericordia
vobis et pax et caritas adimpleatur
Cariſſimi. omnem ſollicitudinem fa
ciens ſcribendi vobis de communi vr̃a
ſalute neceſſe habui ſcribẽ vobis depre
cans ſupcertari ſemel tradite ſanctis
fidei Subintroierunt enĩ quidam ho
mines qui olim preſcripti ſunt in hoc
iudiciũ impij. domini nr̃i grãm trãſ
ferentes in luxuriam et ſolum domi-
natorem et dominũ nr̃m Ihm xpm
negantes. Commonẽ autem vos volo
ſcientes ſemel omnia quoniam Ihũs
populũ de terra egypti ſaluans. ſecũdo
eos qui non crediderunt pdidit. An-
gelos vo qui non ſeruauerunt ſuũ
pncipatum ſʒ dereliquerunt ſuum
domicilium in iudicium magni dei
vinculis eternis ſub caligine reſerua-
uit. Sicut ſodoma et gomorra et fini-
me ciuitates ſimili modo exfornicate
et abeuntes poſt carnẽ alteram. facti

ſunt exemplū ignis eterni penam
ſuſtinentes. Similiter et hii carnē
quidem maculant. dominationē
autem ſpernunt. maieſtatem autē
blaſphemant Cum michael archā
gelus cū diabolo diſputans altˀcare
tur de moyſi corpore. non ē auſus
iudicium inferre blaſphemie ſꝫ dix
it. Imperet t' dn̄s. Hii autem quecūqꝫ
quidem ignorant blaſphemant.
quecunqꝫ autem naturaliter tanqꝫ
muta animalia norunt. in hiis cor
~~[illegible]~~ rumpuntur. Ve illis qui in via
cayn abierunt. et errore balaam
mercede effuſi ſunt et in contradic
tione chore abierunt Hii ſunt in epu
lis ſuis macule conuiuantes ſine
timore ſemetipſos paſcentes. nubes
ſine aqua que a uentis circūferunt
arbores autūnales infructuoſe.
bis mortue eradicate. fluctus feri
maris deſpumantes ſuas confuſi

ones. Sydera errantia q̄bus pcella
tenebrarum seruata in eternum.
Pphetauit autem et de his septim⁹
ab adam. enoch dicens. Ecce venit
dominus in sanctis milibus suis
facere iudiciū contra omnes et ar-
guere omnes impios de omnibus
operibus impietatis eoꝝ q̄bus im-
pie egerunt et de ōmbus duris q̄
locuti sunt contra deum peccatores
impii. Hi sunt murmuratores q̄ru-
losi secundum desideria sua ambu-
lantes et os eoꝝ loq̄tᶻ supbiam mi-
rantes psonas questus causa. Vos
autem carissimi memores estote
v̄boꝝ q̄ predicta sunt ab apostolis
domini nr̄i ihū x̄ qui dicebant vobis
Qm̄ in nouissimis temporibus
venient illusores secundum desi-
deria sua ambulantes ī impietatib⁹
Hi sunt qui segregant semetipōs.
aīales spm̄ nō habentes. Vos autē

cariſſimi ſuperedificantes voſmetipſos
ſanctiſſime nr̄e fidei. in ſpū ſancto oran
tes voſmetipſos in dilectione dei ſeruate
expectantes miām domini nr̄i Ihū x̄
in vitam eternam Et hos quidem argu
ite iudicatos. illos vero ſaluate de igne
rapientes. Alijs autem miſeremini in ti
more odientes et eam que carnalis ē ma
culatam tunicam Ei autem qui potens
ē vos conſeruare ſine pcō. et conſtituere
ante conſpectū glīe ſue īmaculatos ī ex
ultatione in aduentu dn̄i nr̄i Ihū x̄.
Soli deo ſaluatori nr̄o p Ihm̄ xpm̄ do
minum nr̄m. gloria et magnificentia
imperium et poteſtas ante omnia ſe
cula. et nunc et in omnia ſecula ſecu
loꝝ Amen.

¶ Explicit epiſtola beati iude ap
oſtoli.

uo

108

S. PAULI
EPISTOLÆ

CODEX
VETUST.

SUPRA
MEMBRANIS